L. 6. C. de Incest. & inutil. nupt.
junct. *Auth. Ex complexu. C. d. t.*

von demselben in dem errichteten Testamente zur Erbin eingesetzt, oder ihr sonsten etwas darinnen verlassen werden mögen, bey solchen Umständen auch der Beklagtin Ansprüche bey denen Pension-Geldern wegfallen, sie aber, daß sie sich der Burreauischen Verlassenschafft angemaasset, nicht in Abrede seyn mögen;

So ist gesprochener maassen, jedoch mit Vergleichung derer Unkosten, weil Beklagtin sowohl aus dem erhaltenen Legitimations-Diplomate, als dem producirten Testament, einigen Schein vor sich gehabt, billig erkannt worden.

OBSER-

OBSERVATIO XXXI.

Annus reluitionis Saxonicæ demum a tempore adjudicationis, realiter factæ, currit.

JUre Civili nullum jus debitori competit, reluendi rem, pu- 1.
blice ſub haſta venditam; ſive creditor, ſive extraneus, eandem emerit, *L. 5. C. d. Fid. & jur. haſt. fiſc. L. 1. & ult. C. Si propt. publ. penſit. L. 16. C. d. Reſcind. vend. L. 8. C. d. Remiſſ. pign.*
Hanc tamen facultatem Jure Saxonico Electorali eo caſu, quo 2.
creditor rem conſecutus eſt, accepit. *Ordin. Torgav. d. A. 1583. tit.* vom Feilbiethen. §. Damit auch. & *Ord. Proc. Sax. tit. 39. §. 13.* Tempus, intra quod ea exercenda, eſt annus, idemque non Saxonicus, ſed Civilis. *Dec. El. 11.* De initio, a quo annus ille 3.
computari debeat, inter Dd. haud convenit. Alii terminum a 4.
quo in tempore finitæ ſubhaſtationis conſtituunt; in quorum numero ſunt *Nob. Dn. de Berger. El. Diſc. For. p. 1211. & Oecon. Jur. p. 1157. Rivin. ad O. P. S. t. 39. Enunc. 60.* Plerique vero 5.
tempus addictionis realis reſpiciendum eſſe, contendunt. *Carpz. P. 1. C. 32. d. 54. n. 5. ſeqq. Proc. t. 25. a. 5. n. 38. ſeqq. Martini ad O. P. S. c. t. §. 13. n. 54. ſeqq. Philipp. Dec. 11. Obſ. 2. Ziegler. ad Ord. Proc. Sax. t. 39. verb.* innerhalb Jahres-Friſt. *Swendendörf. ad Fibig. Proc. p. 1068.* Quorum ſententiam ut amplectar, 6.
adducor verbis, quibus citati textus Juris Saxonici utuntur; *ibi:* das Guth zukommet; quorum nativa & propria ſignificatio aliam interpretationem commode non admittit, quam quod res debeat ad creditorem perveniſſe; quod fieri non intelligitur, niſi cum realiter adjudicata eſt. Nondum res pro- 7.
prie ad aliquem pertinet, quando nihil, niſi jus ad eam conſequendam habet; quale tantum licitatio perfecta tribuit. Ut 8.
hinc diſtinctio, quam aliqui adhibent, inter id, quod *incboative*, & quod *conſummative* alicui competat, commode locum invenire nequeat. Neque ſtricta interpretatio juris ſingula- 9.

M ris,

ris, quod a communibus regulis deflectit, eo valere debet, ut 10. verbis, eorumque proprietati, vim inferamus. Ita novissime censuit Ordo JCtorum Vitembergensium, Mens. Sept. 1721. ad requisitionem Gottfried Gruhls, Commiss. R. und Amts-Inspectoris, sowohl Johann Christoph Weiners, Amtmanns zu Mühlberg, in causa Hannß Hanischens an einem, Erhardt Marthens, des ältern und jüngern, andern und dritten Theils. Verb. Hiernechst bleibet Erhardt Marthen, dem älteren, besagtes Guth, gegen Erlegung des bezahlten Kauff-Geldes, und Erstattung der erweißlichen Besserungen, binnen Jahres-Frist von Zeit der Adjudication, gebührend wieder an sich zu lösen unbenommen.

OBSERVATIO XXXII.

Debitori jus reluitionis apud Saxones, sine discrimine, competit, quando creditor prædium ipsius sub hasta emit.

1. Circa hanc quæstionem non minus, ac circa eam, quam *præc. Obs.* exposui, in contrarias plane sententias Juris Sa-2. xonici Interpretes distrahuntur. Plurimi namque rationes ita subducunt, ut existiment, jus reluendi bona, sub hasta vendita, nonnisi unico casu debitori competere, quando nempe, nullo extraneo licitatore reperto, creditori licitanti eadem ad-3. dicuntur. Unde locum huic juri haud relinquunt, ubi extraneus licitator concurrit; sive plus ipso creditor licitetur; sive primæ licitationis jure utatur, atque idem cum extraneo pretium offerat. Ita speciatim sentiunt *Berlich. P.1. Concl. 81. n. 198. Moller. L.3. Semestr. 9. in fin. Philipp. d. Subhast. c. t. comm. 13. n.59. seqq. Martini ad O. P. S. t. 39. §. 13. n. 116. seq. Nob. Dn. de Berger. El. Disc. For. p.1218. Oecon. Jur. p.1157. Rivin. ad O. 4. P. S. t.39. Enunc. 59.* Sed ab hac sententia, expensis recte, quæ ultro citroque occurrunt, momentis, recedere, atque debitori,

ri, adverſus creditorem, jus reluendi, absque diſcrimine, aſſerere non dubito, cum *Nicolai Proc. p. 3. c. 10. n. 17.* & *Swendendörffero ad Proc. Fibig. p. 1066.* Nam in textibus Juris Saxonici, 5. *Ord. Torg. tit.* vom Feilbiethen/ & *Ord. Proc. Sax. t. 39.* §. Damit aber. caſus, ubi jus reluendi locum invenire debeat, in genere hic exprimitur, wann dem Gläubiger, auf ſeine vorgehende Licitation, das Guth zukommet; & inter caſus, utrum creditor ſolus licitatus ſit, an cum extraneo concurrat, haud diſtingvitur. Neque vero §. Damit aber. cum præcedenti §. ea eſt 6. connexio, ut neceſſario reſtrictionem ad caſum, in eo comprehenſum, inferat. Ipſa diſpoſitio generalis eſt, quæ indiſtin- 7. cte debitori, adverſus creditorem, ſuccurrit, & hunc illi præfert. Quod Legislator Saxo, introducto jure reluitionis, tan- 8. tum fraudulentæ creditorum licitationi anſam præſcindere voluerit, aſſeritur quidem a *Carpzovio*, & *Martini c. l.* ſed non probatur, idemque non male *Swendendörfferus c. l.* refellit, dum oſtendit, hoc inconveniens inde ſecuturum eſſe, quod contra juſtam & æquam creditoris licitationem reluitio locum non habeat; quod etiam ex diſſentientibus nemo concedit. Ne- 9. que, cum verba plana atque lucida ſunt, jus, etſi ſingulare, atque exorbitans, reſtringi convenit. Equidem *Nob. Dn. de Ber-* 10. *ger. El. Diſc. For. c. l.* diverſitatis rationem in hoc conſtituit, *quod creditor, cum nullo reperto emtore, licitatur, præſumatur, exiguo rem pretio conſequi: quamvis etiam pretium fortaſſe juſtum interdum eſſe poſſit; tamen non intelligatur juſtum eſſe, dum alius ſeſe non obtulerit emtor; quum pretii, juſtum, an injuſtum ſit, definitio plerumque incerta exiſtat, & vix aliter, quam, extraneo emente, juſtum pretium, lege ita diſponente, exiſtimetur.* Sed, 11. quod pace *Viri Illuſtris*, atque ad exornandam Jurisprudentiam Divinitus excitati, fiat, fateor, nondum eam rationem animum explere. Subhaſtationem ſane anceps & fragile veri pretii inveſtigandi remedium eſſe, quotidie experiendo diſcimus. Deinde non apparet, cur juſtum magis, & æquum, videri de- 12. beat pretium, quod extraneus, quam quod aliquis credito-

 rum,

rum, offert. Uterque pari cupiditate lucrandi ducitur, &c,
13. quam fieri poteſt, viliſſimo pretio rem emere cupit. Ratio-
ni vero, quæ in *Lege ita diſponente*, innititur, eo facilius hoc
caſu occurri poteſt, quod in *cit. textibus* diſertis verbis arbi-
trio Judicis æſtimandum relinquatur, utrum creditoris licitum,
quod in ſubſidium offert, æquum ſit, nec ne. Atque hanc,
pro qua propugno, ſententiam, Ordo Juridicus in hac Acade-
mia Menſ. Octobr. 1721. in eadem cauſa, *prac. Obſ.* comme-
morata, ſecutus eſt, in eamque reſpondit.

Observatio XXXIII.

Ad probandum dominium in actione negatoria ſola poſſeſſio, vel quaſi, alicujus juris non ſufficit.

1. Quando principaliter de probando dominio agitur, v. gr.
in rei vindicatione, difficillimum onus actori incumbe-
re, notum eſt; cum ſatis haud ſit, juſtum titulum, cum tra-
ditione licet conjunctum, oſtendiſſe; ſed ſimul de jure auto-
ris conſtare debeat. Niſi quod in uſucapione ſæpius tanti o-
2. neris levamen reperire liceat. Sed melior longe probaturi
conditio in illis actionibus eſt, in quibus de dominio non prin-
cipaliter, ſed tantum incidenter, quæritur; ut, in actione ne-
3. gatoria, contingit. Hic enim præcipua quæſtio eſt de ſervi-
4. tute; utrum hæc reo competat, nec ne. Quia vero actor nul-
lum jus, ſervitutem impediendi, habet, niſi probet, fundum,
in quo illa exercetur, ad ſe pertinere; inde fit, ut incidenter
5. ſimul lis de dominio implicetur, atque occurrat. Quo caſu
plena illa, perfectaque dominii probatio haudquaquam re-
quiritur; ſed præſumtiva, probabilibus conjecturis innixa, ſuf-
ficit; adeo, ut is, qui poſſidet prædium, in tali actione pro e-
6. jus domino ſe recte gerat. Quid vero, ſi actor, ſuſcepta de-
monſtratione dominii, per ſententiam injuncta, alleget, te-
ſtibus-

ſtibusque probet, quod per diuturnum tempus varia jura, v. gr. paſcendi, lignandi, in fundo exercuerit, an ſic officio ſuo, pro eo, ac par erat, perfunctus eſſe cenſebitur? Non 7. puto. Aliud enim eſt poſſeſſio fundi, aliud poſſeſſio alicujus juris in fundo. Illa ex hac haud neceſſario fluit & conſequitur. Neque eſt, quod forte obvertas, ſic probandæ pos- 8. ſeſſionis onus tantum non impoſſibile reddi, ſi jurium in fundo exercitium ad ejus probationem minus ſufficere debeat; præſertim in illis prædiis, quorum poſſeſſio vix aliter, quam hujusmodi jura exercendo, oſtendi poteſt, atque in oculos incurrit; ut fere in pratis uſuvenire ſolet. Manifeſtum e- 9. nim eſt, plures modos dari, quibus etiam talium prædiornm poſſeſſio ad liquidum perduci queat; v. gr. per cataſtrum publicum, in quod poſſeſſores immobilium, tributis obnoxiorum, referri ſolent; ut alios complures taceam. Id quod 10. evidentius multo tunc apparet, quando reus, judicio actionis negatoriæ pulſatus, antea in poſſeſſione vel quaſi juris, quod ſibi vindicat in fundo, per rem judicatam, defenſus fuit. Sic enim in pari cauſa cum actore conſtitutus intelligitur. Uterque probat, ſe jus aliquod in prædio hactenus exercuiſſe; Quo obtentu igitur, imo qua fronte, tali caſu, actor contendat, 11. ſe Dominum præſumi, reo autem probandæ ſervitutis onus imponi debere? Cum utique nihilo plus probaverit, quam reus. Atqui hunc regulariter majorem favorem, quam illum, me- 12. reri, & in dubio abſolvendum eſſe, in vulgus cognitum & tralatitium habetur. Sed nec illud actori proderit, quod for- 13. te teſtes, quos pro ſe producit, de antiquiori & juſtiori poſſeſſione deponant; cum reus nonniſi præſentanea juris, quod ſibi aſſerit, poſſeſſione nitatur. Primo enim ſolum unius 14. alteriusve juris exercitium, etſi diuturnum, imo præſcriptione firmatum, nondum, ut oſtendi, poſſeſſionem ipſius fundi infert, & evincit. Deinde animadvertendum eſt, quod ad probandam 15. antiquiorem, & juſtiorem poſſeſſionem, ſimplex demonſtratio haud ſufficiat, ſed, ſaltem uſu fori, ordinaria probatio, ad quam ad-

versarius, citari, ejusdemque interrogatoria admitti debent, 16. requiratur; ut hinc, in hujusmodi possessione antiqua & justa probanda, testium, in simplici demonstratione examinatorum, nulla omnino ratio haberi debeat. In hanc sententiam pronunciatum est a Consistorio Ecclesiastico, quod hic Vitembergæ est, Mens. Oct. 1721. in causa der Gemeinde zu Weidenhäyn, contra Wolffgang Fuhrmannen, Verb. Daß Kläger in Ansehung, daß eines Theils, aus der blossen Possessione vel quasi juris pascendi & lignandi, zumahln Beklagter ebenmäßig bey dergleichen Possess vel quasi des Grasens und Heumachens rechtskräfftig geschützet, nicht alsofort das Eigenthum, auch in actione negatoria, inferiret werden mag, andern Theils weder in der Registratur Vol. sub ☉. fol. 107. noch bey denen Zeugen-Aussagen Vol. II. fol. 386. b ad art. 17. eine Ratio und zulängliches Fundament, warum der streitige Orth für ein Gemeinde-Guth zu achten, zu befinden, demnach kein Absehen diesfalls darauff zu machen, dasjenige, so ihm zu bescheinigen aufferleget, und er sich angemaasset, nicht beybracht, derowegen ermeldter Beklagter mit dem Beweiße des Befugnüsses zu verschonen, und nunmehro von der angestellten Klage zu entbinden, immaassen Wir ihn hiermit davon entbinden, und loßzehlen, die beyderseits auffgewandte Unkosten hingegen werden aus bewegenden Ursachen gegen einander compensiret, und auffgehoben; V. R. W.

OBSERVATIO XXXIV.

Quando reus in actione negatoria fatetur, fundum, in quo jus aliquod prætendit, ab actore sub lege retrovenditionis possideri, ulterior demonstratio dominii necessaria haud est.

1. IN *præc. Obs.* ostendi, in actione negatoria dominium ex sola 2. possessione fundi præsumi. Unde consequitur, multo minus

nus in eadem actione ulteriori onere probandi gravandum esse actorem, si reus confiteatur, prædium, cum pacto de retrovendendo, in ipsum transiisse. Sic enim non præsumtum 3. tantum, sed & verum ipsi dominium largitur; cujus transla- 4. tionem utique memoratum pactum non impedit; sed venditor, cui pretii intuitu satisfactum est, tradendo rem, omni se proprietate abdicat, eandemque in emtorem derivat. *§. 40. seq. I. d. R.D. L. 20. C.d. Pact. L. 2. C.d. Pact. int. emt. & vend. Carpz. P. 2. C.1. d. 18. n.1. seq.* Quodsi reus urgeat, rationem 5. & modum, quo conventio de retrovendendo inita, nondum ad liquidum perductum esse, sed hoc demum in demonstratione dominii fieri oportere; in promtu est responsio, quæ hanc exceptionem elidat, quod nempe in hac actione vel sola translatio rei sufficientem dominii præsumtionem inducat; quomodocumque tandem, intuitu retroventionis, inter contrahentes convenerit. Occurrit hic casus, in Collegio JCto- 6. rum Vitembergensium, Mens. Oct. 1721. ad requisitionem Johann Andreas Weisen, Ambtmanns zu Merseburg, in causa Otto Christoph aus dem Winckel, contra die Gemeinde zu Wallender: Cum enim Fac. Jur. Lips. Mens. Dec. 1719. pronunciasset: Daß Kläger das Eigenthum an dem libellirten Grund-Stück in Sächß. Frist, Beklagtens Gegen-Bescheinigung, Eydes-Delation und andere Rechtliche Nothdurfft in ebenmäßiger Frist vorbehältlich, beyzubringen, Beklagter aber, weil er auf die erhobene Klage geantwortet, und solcher geständig, darneben auf ein Befugnüß sich beruffen, dasselbe in Sächß. Frist zu erweisen schuldig, darwieder Klägern sein Gegen-Beweiß, Eydes-Delation und andere Rechtliche Nothdurfft billig vorbehalten wird, ferner darauf zu beschehen, was recht ist; Scabini Lips. autem eam sententiam, interposito adversus illam leuterationis remedio, reformassent, Verb. Nunmehro aus denen Acten und der Partheyen rechtlichen Einbringen soviel zu befinden, daß Kläger mit Beybringung des Eigenthums an dem libellirten Grund-Stücke zu verschonen, V. R. W. adjectis Rationibus decidendi:

dendi: Ob wohl Beklagte anführen, daß bey der Actione negatoria, dergleichen allhier angestellet, ein Kläger das Dominium fundi, als worauf er sich gründet, zu bescheinigen habe, welches in gegenwärtigem Falle um soviel nöthiger sey, da Beklagter das Eigenthum nicht schlechterdings, sondern restrictive, unter der Condition des Wieder-Kauffes, Klägern zugestanden; Dieweil aber dennoch das Pactum de retrovendendo das Eigenthum nicht hindert, vielmehr der Besitzer eines wiederkäufflichen Grund-Stückes alle Jura dominii zu exerciren hat, und wo die Confessio vorhanden, es keiner Beybringung bedarff; So ist 2c. Illis adstipulatus est Ordo Vitemberg. eorumque sententiam confirmavit. Verb. Der Leuterung ungeachtet. Rat. Decid. Ob wohl Beklagte in denen Gedancken stehen, daß durch dasjenige, was sie wegen eines Wiederkauffes eingeräumet, das Eigenthum an denen libellirten Grund-Stücken noch nicht beybracht, in mehrern Erwegung, daß dergleichen Contractus auf vielerley Art, zuweilen bloß quoad usumfructum, also restrictive, und mit Vorbehalt Hut und Trifft, geschlossen werde, und Kläger sich disfalls, worauf er eigentlich sein vorgegebenes Dominium gründe, nicht expliciret, demnach zuförderst auf dessen Bescheinigung und Gegen-Bescheinigung zu interloquiren gewesen; Dieweil aber dennoch in actione negatoria, welche hier angestellet, die Frage von dem Eigenthum nicht hauptsächlich ventiliret wird, sondern nur incidenter vorkomt, und dahero auch aus dem blossen Besitz des fundi præsumiret wird, und Beklagte die Possess, und daß Kläger die Grund-Stücke inne habe, nicht in Zweiffel ziehen, und dahero an dem Umstand, auf was Art und Weise der Wieder-Kauff getroffen, nichts gelegen, sondern zum Beweiß und Gegen-Beweiß des Befugnüsses gehöret;

So ist 2c.

OBSER-

OBSERVATIO XXXV.

Super exceptione spolii jusjurandum recte defertur.

Fundamenta doctrinæ hæc sunt. Primo in omni actione, 1. civiliter intentata, jurisjurandi delationi regulariter locus est. *L. 3. §. 2. ff. d. Jurej.* Ergo etiam in exceptione. Dein- 2. de Leges probationem quidem hujus exceptionis exigunt; sed modum probandi haud definiunt. *C. 1. d. Rest. spol. in 6. Part. 1. Const. El. Sax. 6. Ord. Proc. Sax. t. 11.* Atqui eo casu, 3. ubi lex probationem exigit, hæc in sua latitudine accipienda; ut etiam facultatem jusjurandum deferendi includat. *L. 25. §. 3. ff. d. Probat.* Nusquam vero leges eam probationis speciem, 4. quæ per testes & documenta fit, circa spolii exceptionem, præcise requirunt. Nam quod in *O. P. S. c. l.* testium & do- 5. cumentorum mentio fit, non eo referendum est, quasi non aliter fieri possit exceptionis hujus probatio; sed quod satis sit, probationem, si per testes, documentaque peragatur, intra quindecim dierum spatium Judici offerri & exhiberi. Qua ratione jurisjurandi delatio nullo modo ex- 6. clusa videri potest. Aliter sentiunt, non tantum Scabini 7. Lipsienses, de quibus *Rivin. ad O. P. S. t. 11. Enunc. 42.* sed 8. & Facult. Jurid. Lips. Ita enim illa Mens. Febr. 1721. ad requisitionem Johann Christoph Webers, Adelichen Mennisischen Gerichts-Verwalters zu Schaubengrobsdorff, in causa Johann Tobias Meyern, contra Christian Treschern, Verb. Daß Beklagter vor allen Dingen die vorgeschützte Exceptionem spolii, weil die unternommene Eydes-Delation dießfalls nicht statt hat, innerhalb 15. Tagen zu erweisen schuldig, worauf sodenn ferner ergehet, was recht ist; V. R. W.

In eandem sententiam laudata Facultas respondit Mens. 9. Maj. 1721. ad requisitionem Gottfried Theodori Schultesen, Ambtmanns zu Sondershausen, in causa Johann Christoph

Werthers, contra Heinrich Zeitzen, Verb. Daß Beklagter die vorgeschützte Exceptionem spolii in 15. Tagen zu erweisen schuldig, und hat die darüber angemaaßte Eydes-Delation nicht statt; V. R. W.

10. Rat. decid. Ob wohl Kläger vorgiebet, daß die Exceptio spolii hier nicht statt finden könnte, nachdem Beklagter solches bereits vor der Fürstlichen Regierung zu Franckenhausen per modum actionis gesuchet, damit aber abgewiesen worden, deswegen nunmehro nach erfolgter Ungehorsams-Beschuldigung Beklagten die Antwort auff die Klage sub pœna confessi & convicti aufferleget gewesen, hingegen Beklagter in den Gedancken stehet, daß er sich der Eydes-Delation zu bedienen wohl berechtiget;

Dennoch aber und dieweil, den Rechten nach, ein Spoliatus, ehe und bevor er völlig restituiret, auf die erhobene Klage sich einzulassen nicht schuldig, von Klägern aber nicht bedgebracht, daß Beklagte das angeführte Spolium vor der Fürstlichen Regierung zu Franckenhausen Klagende gesuchet, und, wenn solches gleich geschehe wäre, vor erfolgter Restitution das Spolium per modum exceptionis zu opponiren und auszuführen unbenommen, hingegen, da die Exceptio Spolii innerhalb 15. Tagen durch Zeugen oder Uhrkunden erwiesen werden soll, auf die geschehene Eydes-Delation nicht gesehen werden kan, zumahl super Exceptionibus ante litis contestationem dieselbe vor zuläßlich nicht zu achten; So ist ꝛc.

11. Sed hanc sententiam, interposito contra eandem leuterationis remedio, correxit Ordo JCorum Vitemberg. Mens. Oct. 1721. Verb. sent. Nunmehro aus denen Acten, und der Partheyen rechtlichen Einbringen soviel zu befinden, daß Beklagter die vorgeschützte Exceptionem spolii in 15. Tagen zu erweisen, nicht schuldig, sondern, weil Kläger dessen nicht geständig, sein Gewissen, Wissenschafft und Wohlbewust, dahin ihm solches auf den Verneinungs-Fall gestellet, nach vorgehenden Beklagtens Eyd vor Gefährde zu eröffnen, oder in gehöriger Frist sein Gewissen mit Beweise zu vertreten schuldig; Ferner darauf zu beschehen, was recht ist; V. R. W.

Rat. Decid. Ob wohl nach Verordnung derer Rechte in 12.
C. 1. de Restit. spoliat. in 6. Part. 1. Constit. El. 6. O. P. S. t. 11.

die Exceptio spolii innerhalb 15. Tagen zu erweisen, demnach es das Ansehen gewinnet, daß die Eydes-Delation nicht statt habe, sondern der Beweiß durch Zeugen oder Uhrkunden geführet werden müsse, zumahln in dem angezogenen Loco der Chur-Sächß. Proceſs-Ordnung, der Zeugen und Uhrkunden ausdrückliche Meldung geschiehet; Hiernechst die Eydes-Delation super Exceptionibus ante litis contestationem nicht zuläßig, auch, da das Spolium einen Dolum involviret, nach einiger Rechts-Lehrer Meynung, quod in casibus, in quibus dolus arguitur, Juramenti delatio locum non habeat, der Eyd darüber nicht deferiret werden mag;

Dieweil aber dennoch in demjenigen Fall, da der Beweiß nicht per sententiam, sondern per Legem, aufferleget, selbiger auch die Eydes-Delation in sich begreiffet;

Vid. *L. 25. §. 3. ff. de Prob.*
D. Wernher. Sel. Obs. For. Part. 2. O. 388.

Hiernechst das angeführte Principium wegen der vor der Krieges-Befestigung vorgeschützten Exceptionum nur von denjenigen anzunehmen, welche in continenti liquid seyn müssen, und da kein Beweiß durch Zeugen statt hat, dahin die Exceptio spolii keinesweges gehöret, gestalt auch die Doctrin, daß super facto doloso die Eydes-Delation nicht zu admittiren, kein richtiges Fundament in Jure hat,

Vid. *Wernher. S. O. F. P. 1. O. 192.*
Add. Brunnem. ad L. 28. ff. de Jurejur. Rivin. ad O. P. S. tit. 11. Enunc. 42.

So ist 2c.

OBSERVATIO XXXVI.

Hereditas & legatum, cum velut indigno aufertur, hodienum fisco regulariter cedit.

1. QUod heres & legatarius, si indigni sint, ab hereditate atque legato repellantur, etiam hodie, expeditum est; de
2. quo jam alibi actum. Quæritur autem: Cui talis hereditas, atque
3. legatum, cedat? Jure Civili sine dubio fiscus hoc jure gaudet, ut hujusmodi legatum vindicet, atque eripiat; unde *ereptitii* appellatio originem traxit. *L. 1. seq. & t. t. ff. Si quis aliqu. test. probib. vel coëg. t. t. ff. d. His, quib. ut indign. L. 1. pr. d. Jur.*
4. *fisc. L. 1. §. 14. d. Inoff. test.* Sed utrum hodieque fiscus hoc jure gaudeat, anceps, & in utramque partem agitata, quæstio est.
5. Negat præter cæteros *Beyerus ad Pand. tit. Si quis aliqu. test. prob. pos. 20.* ubi tamen dubitanter tantum de plerisque Germaniæ locis, quod fiscum excludant, loquitur, atque ad solum *Græneweg. ad L. 1. C. eod.* provocat; cujus tamen, cum de abrogatione, aut non facta receptione LL. Romanarum, quæ-
6. ritur, non magna autoritas est. Idem repetit, atque inculcat *Beyerus ad Pand. tit. d. His, quæ ut indign. pos. 17.* ubi excitat *Leeuw. Cens. For. P. 1. L. 3. c. 4. n. 42.* qui tamen non minus, quam *Græneweginus*, sublestæ fidei circa hodiernam LL. Roma-
7. narum autoritatem haberi debet. Laudat tamen *Beyeri* sententiam *Ill. Dn. Thomas. Not. ad Pand. cit. tit. Nob. Dn. de Berger* & ipse *Oecon. Jur. pag. 417.* cum modos, quibus se legato quis indignum reddit, recensuisset, subjicit, *ejusmodi legata*
8. *moribus hodiernis apud heredem permanere.* Sed *idem c. l. p. 510.* adducto præjudicio, confirmat, portionem ejus, qui dolo aut metu aliquem testari prohibuit, hodieque fisco asserendam
9. esse. Quam opinionem utique præferendam censeo. Nulla enim ratio solida reddi potest, cur ab hujusmodi hereditate
10. aut legato fiscum hodie excludi oporteat. Equidem confiscatio bonorum in damnatis, excepto læsæ Majestatis crimine,

sub-

fublata. Atenimvero ab hac ad illud confifcationis genus ,11. ubi indignis bona Lex aufert, & fisco vindicat , congruens atque idoneum argumentum duci nequit; præfertim cum *Fridericus l. 2. F. 56.* difpofitioni Juris Civilis, ea in parte , haud leve robur addat; ut recte animadvertit *Schilterus Ex. ad Pand. 38. th. 182.* Injecta eft hujus quaeftionis mentio in Collegio no-13. ftro occafione caufæ inter Eliam Webern und Conforten, & Gottfried Webern, agitatæ, ac ad nos tranfmiffæ von denen Adelichen Brößingischen Gerichten zu Breitenbach, Menf. Novembr. 1721.

Observatio XXXVII.

Debitor, qui, mutuum ad fexennium contractum, ad petitionem creditoris, definito fpatio faciendam, reftituere promifit, primo ftatim anno ad folutionem cogi poteft.

Oblatus fuit Menf. Sept. 1721. Ordini noftro cafus; ubi quis 1. alteri certam pecuniæ fummam ad fex annos mutuo dederat; addita hac claufula: Wenn der Creditor auff begehren de Fälle ein Viertel Jahr vorher die Schuld auffkündiget, wolle Debitor folche bezahlen. Anceps inter partes quæftio orieba-2. tur, utrum memorata claufula tantum, præterlapfo fexennio, an vero etiam intra illud tempus, effectum habere, atque debitor, tempeftive admonitus, ad folvendum adigi poffet? Prævaluit autem hæc pofterior interpretatio. Neque enim 3. claufula illa obfcure indicat, eam fuiffe contrahentium mentem, ut fexennii fpatium, ad quod mutuum dabatur, limitarent, ut, ejus lapfum a creditore expectari, neceffe haud effet, fi ipfe maturius pecuniam repetere vellet; modo tribus menfibus ante debitorem admoneret. In quam fententiam re-4. fponfum fuit in dicta caufa, quæ concernebat Johann Chriftian

N 3 Jen-

Zentzschen, contra Ulrich Möberten, ad requisitionem der Gerichten zu Nieder-Ottendorff.

Observatio XXXVIII.

Si duo procuratores in solidum constituti sunt, alter alterum haud excludit, etsi solus causam in aliquo termino tractaverit.

1. Obstare videntur textus, tam ex Jure Civili, quam Canonico, repetiti; in *L. 32. ff. d. Procurat. C. 6. d. Procurat. in 6.* ubi ex pluribus procuratoribus, in solidum datis, illic, qui li-
2. tem occupat, alterum excludere dicitur. Atenim tenendum, quod primo de litis contestatione, ab uno facta, ibi sermo sit;
3. Deinde fundamentum, ac ratio dispositionis in dominio litis consistit, quod procurator, litem cum adversario contestando, consequitur; Atqui, si non omnes, saltem plerique, effectus
4. illius dominii litis hodie cessant. Ita Ordo noster Mens. Sept. 1711. ad requisitionem des Ober-Amtmanns zu Dreßden, in causa Jacob Eckards von Wobbeser, contra Peter Höfern, respondit.

Observatio XXXIX.

Verbum: ausführen / non minus ad demonstrationem, quam probationem solennem, quadrat.

1. Utilitas hujus observationis in illis inprimis locis se ostendit, ubi probatio ad certum terminum, ipsa vi legis, adstricta est; demonstrationi, autem, der Bescheinigung, nullum legale spatium definitum; ut in foro Saxonico Electorali.
2. Quod si enim ibi Judex forte per decretum, partibus rite publicatum, & vim rei judicatæ adeptum, deductionem juris sui, die Ausführung seines Befugnüßes, alicui injunxerit, oritur quæstio, utrum elapso termino, probationi per legem constituto,

tuto, adhuc admitti debeat, nec ne? Verius est, benignio- 3. rem sententiam sequendam esse, ut non præcise, & sine discrimine, vox: ausführen, probationem involvat; sed modo hanc, modo simplicem demonstrationem, pro qualitate causæ, de qua agitur, designet, ut spectari debeat, utrum illa sua natura ordinaria, an vero summaria sit. Ita censuit Ordo no- 4. ster Mens. Sept. 1711. ad interrogationem Jonas Kunitii zu Dreßden.

OBSERVATIO XL.

Testamentum Parentum inter liberos, in quo persona extranea heres instituta est, non sustinetur, vi clausulæ codicillaris tacitæ, jure fideicommissi.

Pervulgata est Doctorum sententia, quod clausula codicil- 1. laris, cum in aliis quibusdam testamentorum generibus, quæ peculiarem favorem merentur, tum sigillatim in testamento parentum inter liberos, licet non expressa, subintelligi, & tacite adjecta censeri debeat. Sed, si verum fateri li- 2. bet, parum inde præsidii testamentis, inter liberos conditis, accedit. Primo enim clausula codicillaris effectum fortiri 3. nequit, nisi omnia codicilli requisita, speciatimque quinque testes, adfuerint, *L. ult. C. d. Codicill.* Atqui testamenta parentum inter liberos, sine ullis solennitatibus atque testibus, valent. Deinde, si alius, quam qui in numero liberorum est, heres institutus fuerit, hujus intuitu desinit esse testamentum inter liberos; adeoque nec in ejus favorem memorata clausula tacite exaudiri potest, sed expresse adjecta esse debet. Omnis enim 4. favor, qui hujusmodi testamenta comitatur, ad solos liberos restringitur, adeoque personam extraneam haud attingit. *L. 21. §. Ex imperfecto. C. d. Testam.* Add. *Stryk. Tr. d. Succ. ab intest. c. 10. §. 23.* & *c. 23. §. 33.* In eo tamen præsumta hæc clausula effectum habere posset, si forte annus & dies, ut fieri o-

poretet,

portet, *Auth. Quod sine. C. d. Testam.* expressus haud fit. 6. Cum enim tunc, ut testamentum, subsistere nequeat, ut nuda 7. divisio inter liberos valebit. Add. *Carpz. P.3. C. 4. d. 22.* Occurrit hæc quæstio Mens. Sept. 1721. in Collegio nostro, ad interrogationem Bertram Friedrichs von Witzleben zu Tennstädt. Verb. Hat ein Bürger zu Gebeser, Namens Hanns Nagel, ein Testament, darvon die Abschrifft in Actis fol. 10. befindlich, gefertiget, welches Andreas Jacob Nagel anzufechten gesonnen, demnach wollet ihr: Ob derselbe mit der fol. 13. entworffenen Klage solches zu impugniren, und seine Erb-Portion, so ihme, als Pflicht-Theil gehöret, zu suchen berechtiget? des Rechten berichtet seyn; Ob nun wohl der Testator in angezegtem Testament einige Ursachen, als:

Weil sein Sohn, Andreas Jacob Nagel, sein Mutter-Theil allbereit empfangen, viel verkaufft, und durch gebracht, von Jugend an dem Testatori, als Vater, trotzig, und wiederspenstig sich wiedersetzet, keinen kindlichen Gehorsam erzeiget, mehrentheils bey fremden Leuthen sich auffgehalten, auch in des Testatoris vormahligen schweren Kranckheit von ihm entlauffen, und ihn liegen lassen, und im Hauszwesen nicht zur Hand gegangen;

angeführet, und dahero vermeinet, daß er ihn gar enterben können, ihm aber aus Mitleiden 100. fl. dennoch beschieden haben wolle, dahero, daß Andreas Jacob Nagel mit demjenigen, so ihm beschieden worden, zufrieden seyn müsse, es sich ansehen lässet, hingegen nur gemeldter Nagel in denen Gedancken stehet, daß, weil er in dem Testamente nicht zum Erben eingesetzet, auch nicht einmahl recht enterbet worden, solch Testament gantz null und ungültig sey,

§. 3. & §. 1. I. de Exher. Lib.
L. f. C. d. Lib. prætor.
L. 30. §. 7. ff. de Lib. & posth. her. instit.

Dieweil aber dennoch die angeführten Ursachen keine legitimam

gitimam exheredationis causam, nach Ausweisung der *Novell. III. c. 3.* ausmachen; zu geschweigen, daß nichts specifice von dem Testatore angegeben, sondern nur eine generalis ingratitudo exprimiret worden, sodel aber die von dem Testatore unterlassene Einsetzung des Sohnes zum Erben betrifft, in Testamento parentum inter liberos in Ansehen des Testatoris Kinder, als welcherhalb solches allenfalls pro divisione inter liberos, deren Doctorum Meynung nach, zu halten,

Carpz. P. 3. C. 4. Def. 22.
Berger. Oec. Jur. L. 2. Tit. 4. §. 5. not. 8.

die Clausula codicillaris, licet omissa, pro expressa æstimiret wird,

arg. L. 38. ff. de Fideicomm. her. junct. L. 37. ff. d. Leg.
Vid. Carpz. Part. 2. Decis. 155. n. 9.
Hartm. Pistor. P. 4. qu. 11. n. 9.

hingegen selbige der Nagelschen Wittbe halber pro subintellecta, cum uxor pro persona extranea reputetur, nicht zu halten, folglich an Seiten derselben solches pro valido keinesweges zu achten;

So erscheinet daraus, daß das mehrberührte Nagelsche Testament, derer ernenneten Nagelschen Erben wegen, nicht null, die Klage fol. 13. auch wohl gegründet sey, und im übrigen die Nagelsche Wittbe, als Heres, aus solchem Testamento etwas zu prætendiren, nicht vermöge.

OBSERVATIO XLI.

Possessio vel quasi juris pascendi per se non infert possessionem vel quasi juris prohibendi.

Discrimen inter actus possessorios, & prohibitivos, qui ad possessionem juris prohibendi requiruntur, cum alibi, tum sigillatim *Part. 1. Obs. 87.* inculcavi. Limitandum vero hoc censet *Nob. Dn. de Berger Oecon. Jur. p. 546.* in casu,

3. *ubi jus, quod exerceo, prædio ſit innexum.* Subjicit exempli loco *ſervitutem paſcendi; cujus poſſeſſio conjuncta ſit cum poſſeſſione juris probibendi; quum is, qui undiquaque paſcendo, exercuit hanc ſervitutem in certo loco, ejusdem poſſeſſionem ita præoccuparit, ut deinceps alter, qui ibidem, re non integra, etiam paſcit, alterum probibeat promiſcuo ſervituris uſu, atque adeo non poſſit* 4. *non turbatoris loco haberi, igitur, ut deſiſtat, condemnari.* Et fateor, eum in modum ab Ordine noſtro reſponſum fuiſſe Ann. 5. 1710. Sed is poſtea animum ab illa ſententia abduxit. Nec 6. ſine ratione. Nam & is, qui certo in loco, de quo non conſtat, an ipſius ſit, nec ne, pecora prædii ſui quiete pavit, id tantum conſecutus eſſe intelligitur, ut alter prohibere non poſſit, quo minus eadem ibi paſcere pergat; non vero, ut alios ab ejus- 7. dem juris uſu arceat. Nec vero jure conqueritur, ſe in poſſeſſione ſervitutis turbatum. Paſcat pecora ſua *promiſcue* & *undiquaque* eodem in loco; ſed &, ab alio idem fieri, patienter ferat; quamdiu alter deſiſtere, aut in prohibitione acqui- 8. eſcere, recuſat. Occurrit hæc quæſtio in Collegio noſtro noviſſime Menſ. Sept. 1721. ad interrogationem Johann Nagels, Adv. zu Gommern.

OBSERVATIO XLII.

Adverſus Legem prohibitivam poſſeſſorium locum non habet.

1. FUndamentum doctrinæ in hoc conſiſtit, quod lex publica, quæ, aliquid fieri, prohibet, ordinariam præſcriptionem excludat, & vel nullam, vel tantum immemorialem, præſcri- 2. ptionem admittat. Vid. *Part. 4. Obſ. 5. n. 87. ſeqq.* Atqui rationis eſt, ut in illis cauſis, ubi præſcriptio locum non habet, 3. multo minus ſimplex poſſeſſio attendi debeat. Exemplum eſt in *Ord. Prov. Sax. d. An. 1555.* intuitu juris coquendi & vendendi cereviſiam, ſolis civitatibus aſſerti, aliisque interdicti. 4. Aliud exemplum ſuppeditat *Ord. Pol. Magdeburg. cap. 12. §. 3.* ubi

ubi prohibitum, ne Magistratus subditos suos ad certum molendinum adigant, sed, eos libertate sua uti, permittant. Cujus occasione hæc de possessione quæstio Collegio nostro oblata, atque in eam, quam dixi, sententiam decisa fuit, Mens. Sept. 1711. ad interrogationem Johann Gottfried Dreßels, Advocati zu Hildburgshausen, Verb. Wann gleich Beklagter, soviel den Mühlen-Zwang betrifft, loco gravaminis anführet, daß er in possessione, vel quasi, desselben von vielen Jahren her sich befinde, und solches von Klägern eingeräumet, daher zuförderst auff solche Possess erkannt, und er dabey geschützet werden sollen, biß Beklagte in Ordinario oder Petitorio ein anderes ausgeführet;

Dieweil aber dennoch Beklagter erstlich seine Possess des Mühlen-Zwangs nicht beygebracht, solche auch von Klägern constantissime negiret wird, und wenn gleich auff deren Bescheinigung nur wäre interloquiret worden, dennoch ihm solches wenig helffen können, indem die Jura petitorii allhier sofort ex Lege prohibitiva klar, und da keine Præscriptio ordinaria darwider statt hat, vielweniger die Possess diesfalls zu attendiren;

So erscheinet &c.

OBSERVATIO XLIII.

Qui, dum complices sacrilegium committerent, excubias egit, atque de rebus ablatis participavit, in Saxonia gladii pœna afficitur.

Apud Saxones regulariter sacrilegi, strictissime sic dicti, qui nempe rem sacram e loco sacro abstulerunt, rota contundi jubentur. Landr. L. 2. art. 13. Qui textus, cum generaliter loquatur, ad sacrilegia violenta restringi haud posse videtur; uti quidem vult *Nob. Dn. de Berger. Elect.*

3. *Crimin. p. 63.* & *Oecon. Jur. p. 545.* Et ratione non caret, quod
4. simplex sacrilegium simplici furto gravius puniri debeat. Un-
5. de nec hodie Saxones ab illo rigore recedunt. Sed vero in-
tuitu eorum, qui in excubiis tempore perpetrati hujus deli-
cti steterunt, & lucri partem tulerunt, genus ultimi supplicii
6. remittitur, & in locum rotae gladius surrogatur. Quantitas
autem lucri, magna, an exigua, fuerit, sicut in iis, qui sacri-
legium immediate commiserunt, haud attenditur, ita nec hoc
casu illius ratio habetur. Add. *Carpz. Pr. Crim. Q. 89. n. 48.*
7. *seqq.* Ita Scabini Lipsienses Ann. 1721. ad requisitionem der Stadt-Gerichten zu Leipzig, in causa inquisitionis N. N.

Observatio XLIV.

Revocatio confessionis, sub tormentis factae, & legitime ratificatae, postea non attenditur, si modo per instrumentum Notarii, aut alias liquido de illa constet.

1. **P**Ertinet huc *art. 91. Constit. Crim.* ubi cautum, quod eo ca-
su, ubi reus, in ipso executionis die, confessionem in tor-
tura editam, & ratificatione judiciali confirmatam, revocat,
Judex Scabinos, sub jurisjurandi religione, an confessio-
nem rei audiverint, interrogare, iisdemque id affirmanti-
bus, informationem, quid facto opus, a Jureconsultis ex-
2. petere debeat. Neque vero, hac non expectata, statim exe-
cutio suscipienda, uti vult *Carpzovius Pr. Crim. Quaest. 126. n. 63.*
3. *seqq.* Id enim expressis verbis laudatae Constitutioni repugnat;
cujus ratio est, ut a Jureconsultis omnes circumstantiae, & cau-
sae revocationis, quam diligentissime ponderari ante debeant,
4. quam ad executionem ultimi supplicii deveniatur. Unde
Carpzovii sententia merito in Praxi negligitur; ab eaque re-
cte recedunt *Brunnemann. Proc. Crim. c. 10. n. 22. Clasen. ad*
5. *C. C. art. 91. Beyerus ibid. pag. 78. pos. 28. seqq.* Quia autem ho-
die

die interrogatio Scabinorum non amplius in usu est, cautela hæc commendari solet, ut Notarius cum testibus ratificationis actui intersit, qui desuper solenne instrumentum, quod plenam fidem mereatur, conficiat. *Carpzov. c. l. n. 67. seqq. Beyer. c. l. n. 32.* Id quod in locum juratæ Scabinorum interrogationis successit. Add. *Nob. Dn. de Berger. Elect. Crim. Quæst. 8. p. 156.* Hinc, non attenta revocatione, post ratificationem con- 6. fessionis, de qua ex instrumento Notarii constabat, deinceps facta, pœnam ultimi supplicii executioni dandam esse, respondit Ordo noster Mens. Sept. 1721. in eadem causa.

OBSERVATIO XLV.

Non tenetur quis, suscepta contrademonstratione, Gegen-Bescheinigung / adversarii interrogatoria admittere, etsi hic prior in demonstratione eadem indulserit.

DE interrogatoriis, in processu summario haud necessario 1. admittendis, egi in *Part. 1. Obs. 128. ibique in Supplem. & Part. 5. Obs. 19.* Hoc loco doctrinæ illius ampliationem proponimus; 2. quod nempe ne tunc quidem eadem quis permittere invitus teneatur, ubi adversarius prior pure, & sine conditione, talia concessit. Neque enim hac liberalitate, vel conniventia sua 3. alteri parti necessitatem imponit, ut paria rependat. Quem 4. animum si habuit, sibi imputet, quod eundem non, re integra, adjecta conditione, quod idem illud reciproce fieri debeat, expressit. Ita Ordo noster respondit Mens. Sept. 1721. ad requisitio- 5. nem Friedrich Dorlls, Amtmanns zu Zörbig, in causa Hannsen Köhlers, contra Christian Hoffmeyern. Verb. Sent. Zinnmassen auch mit Abhörung derer angegebenen Zeugen, über die übrigen Gegen-Bescheinigungs-Articul, gebührend billig zu verfahren, dahingegen die Interrogatoria wider Beklagtens Willen nicht zuläßig, V. R. W.

Rat. Decid. Im übrigen, und da Beklagter eine blosse Gegen-Bescheinigung führet, derselbe Gegentheils Interrogatoria zu admittiren, nicht schuldig, noch ihme, daß Kläger dießfalls gutwilliger gewesen, und bey seiner Bescheinigung Beklagtens Interrogatoria zugelassen, præjudiciren mag;

So ist ꝛc.

OBSERVATIO XLVI.

Renovatio arresti non requirit mandatum speciale.

1. UTrum imponi arrestum, sine mandato speciali, possit, anceps & dubia quæstio est, de qua prolixe agit *Nob. Dn. de Berger El. Disc. For. p. 1723. seqq.* Quamvis ajentem sententiam non parum in foro Elect. Sax. stabiliri putem, per *Ord. Proc.*
2. *Sax. tit. 51. §.* Von eines andern wegen; ubi per *sufficiens Mandatum* etiam generale intelligi, verba proxime insequentia, ubi in personis conjunctis præsumto mandato locus relinquitur,
3. haud obscure indicant. Nam hujusmodi præsumtum mandatum non specialis, sed tantum generalis, mandati loco esse,
4. tralatitium habetur. Minus dubia res est, quando de reno-
5. vatione arresti agitur. Hujus enim facultatem implicite ac virtualiter, ut vulgo loquuntur, consecutus esse intelligitur,
6. qui mandatum, petendi arrestum, accepit. Qui enim vult finem, h. e. qui jus reale per arrestum legitime impetratum, acquirere cupit, intelligitur etiam media velle, in quorum nu-
7. mero est debita renovatio arresti. Ita Ordo noster Mens. Septembr. 1721. ad requisitionem des Raths zu Grimma, in N. N. Concurs, Verb. Ob wohl N. N. Advocati, als sie die Arreste renoviret, darzu keine besondere Vollmacht produciret;

Dieweil aber dennoch bey denen Renovationibus derer angelegten Arreste derer Principalen, sowohl deren Advocaten, ihre Namen, als Concipienten, unterschrieben zu befinden, folglich die Advocati der Production einer besonderen Vollmacht nicht nöthig gehabt ꝛc.

OBSER-

OBSERVATIO XLVII.

Arrestum propterea invalidum apud Saxones haud est, quod is, qui illud impetravit, libello arrestatorio instrumentum obligationis, aut saltem, exemplum ejus vidimatum, quod vocant, non adjunxit.

JUre Saxonico Communi expeditum est; validum esse arrestum, etsi statim initio, cum peteretur, libellus Judici oblatus fuerit. *Richter. d. Privil. cred. c. 4. sect. ult. n. 51.* Sed in Saxonia Electorali aliud videtur dicendum; quia peculiaris forma impetrandi, & prosequendi arresti præscripta est, sigillatim in *Ord. Proc. Sax. t. 51. §.* Wie aber. ubi cautum, quod arrestum de una quaterdena ad aliam, von 14. Tage zu 14. Tagen, duplici vice renovari, atque in secunda renovatione simul libellus arrestatorius, Kummer-Klage, Judici exhiberi, eique sufficiens deductio & demonstratio debiti, gnugsame Ausführung und Bescheinigung der Schuldforderung, annecti debeat. Unde conficiunt, simplicem instrumenti obligatorii copiam, quippe quæ nihil omnino probat, haud sufficere, sed ipsum originale, aut saltem vidimatum exemplum requiri. Vid. *Rivin. ad O. P. S. tit. 91. Enunc. 27. seq.* Sed enim vero ab hac sententia, cum eveniret casus, haud difficulter animum abduxi, eo cumprimis fundamento permotus, quod nullibi Leges requirant, ut præcise instrumentum obligationis in originali, aut ejus vidimatum exemplum, libello arrestatorio addatur. Quid enim prohibet, quo minus verbum: Bescheinigung, inchoative, ut alias, ubi quis intra certum terminum intentionis suæ fundamentum demonstrare jubetur, intelligatur. Ut hinc satis sit, nudas & simplices documentorum copias cum libello arrestatorio edi; originalia autem in termino deinceps exhiberi. Nulla sane ratio, quæ ta-

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

lem

lem interpretationem excludat, reddi poteſt; & pro conſervando potuis arreſti jure, quam eo deſtruendo, laborandum.

8. Ita Ordo noſter Menſ. Sept. 1721. in eadem cauſa. Verb. Rat. decid. Ob wohl denen übergebenen Kummer-Klagen die Wechſel-Brieffe nicht in vidimata copia beygeleget werden, da doch die

Proceſſ-Ordnung *tit. 51. §. Wie aber nun* ꝛc.

gar klahr beſaget, daß die Kummer-Klage mit gnugſamer ausführung und Beſcheinigung einbracht werden ſolle;

Dieweil aber dennoch, daß die Documenta bey denen Kummer-Klagen in Originali oder beglaubter Abſchrifft produciret werden müßen, in der allegirten Proceſſ-Ordnung eben ſo deutlich nicht diſponiret, zu befinden, vielmehr, was darinnen von gnugſamer Ausführung und Beſcheinigung verordnet, wie bey anderen Fällen, wo eine Beſcheinigung erfordert, und zuerkannt wird, bloß inchoative, keinesweges aber conſummative, verſtanden werden mag, mithin auch die Ubergebung einer bloſſen Abſchrifft, wenn nur ſolche in künfftig geſetztem Termino mit dem Originali bekräfftiget wird, vor hinlänglich zu achten;

So iſt ꝛc.

Observatio XLVIII.

Adhæſio leuterationis, ſi hæc inadmiſſibilis ſit, pro non facta habetur.

1. Quod remedio ſuſpenſivo, ſive appellatio, ſive leuteratio, aut aliud quodcunque ſit, ab uno litigantium interpoſito alter, etiam poſt decendium, imo in ipſo juſtificationis, aut proſecutionis termino, adhærere queat, dubitandum haud eſt.
2. Sedenimvero ſupponendum eſt, appellationem, vel leuteratio-
3. tionem, per ſe locum habere. Nam ſi ejus ſit generis, ut eandem haud admitti, ſed rejici, oporteat, quantumvis gravamina fortaſſis aliquid in receſſu habeant, nec adhæſionis ra-
4. tio habenda venit. Hæc enim tantum acceſſoria eſt, nec adeo

adeo invenire potest, nisi remedium principale, intuitu formæ, valeat. Quod ubi prorsus admitti nequit, etiam adhæsionem corruere, necessum est. Ita Ordo noster Mens. Sept. 6. 1721. ad requisitionem des Craysi-Amts zu Meißen, in causa den Leinweber daselbst, contra Peter Reichen und Conf. Verb. Waß gleich die Leuterung und deren Adhæsion nicht unzuläßig, so bleibet es dennoch, gestallten Sachen nach rc.

OBSERVATIO XLIX.

Exceptio, etsi in continenti liquida sit, si demum post litis contestationem objiciatur, litis ingressum impedire nequit.

Constat, omnes hodie exceptiones peremtorias, quæ statim, & citra ambages, ad liquidum perduci queunt, eam vim habere, ut reum a responsione ad libellum liberent, atque regulariter simul onus restituendi expensas in actorem devolvant. Quodsi vero reus, cum hujusmodi exceptionem in promtu habeat, eadem ad declinandam litis contestandæ necessitatem haud utatur, eamque demum responsioni ad libellum subjungat, atque per documentum guarentigionatum statim liquidam reddat, nulla ejus, ad evitandam ulteriorem litem, ratio habetur; sed eodem cum aliis exceptionibus peremtoriis, quæ altioris indaginis sunt, jure censetur; h. e. demum in reprobatione ejusdem probatio admittitur. Pugnant enim inter se, litis ingressum impedire, & litem contestari. Quicquid incommodi hoc casu ad reum redundat, sibi imputare, suæque negligentiæ, quod non tempestive exceptionem actori objecit, adscribere debet. Ita Ordo noster respondit Mens. Sept. 1721. ad requisitionem des Amts Preßsch, in causa Johann Gottlob Donaths, contra Annen Dorotheen Ebertin. Verb. Dieweil Beklagter Unserm vorigen fol. 93. seq. befindlichen Rechtskräfftigen Urthel zu Folge, sich auff das Vorbringen, fol. 57. seq.

ſeqq. eingelaſſen, und geantwortet, deſſen aber nicht allenthalben geſtändig; So iſt ermeldten Beklagtens Principalin, a verbis: Nachdem nun auch meine Frau Mutter ꝛc. usque ad verba: Gerichtlich übergeben worden; ihr Gewiſſen, dahin es ihr auf dieſen Fall geſtellet, nach vorgehenden Klägers Eyd vor Gefährde zu eröffnen, ſchuldig, ſie wolte denn daſſelbe mit Beweiß vertreten, damit würde ſie in gehöriger Friſt, billig zugelaſſen, ferner darauf zu beſchehen, was recht iſt; Im übrigen hingegen iſt Kläger, den Grund ſothanen Vorbringens, und ſoviel ihme daran verneinet, in Sächß. Friſt, zu beſcheinigen, verbunden, darwider Beklagten die bedingte Gegen-Beſcheinigung, Eydes-Delation, und andere Rechtliche Nothdurfft, in ebenmäßiger Friſt, nicht unbillig vorbehalten wird, und ergehet ſodann in der Sache gleichfalls weiter, was ſich zu Recht gebühret; V. R. W.

Observatio L.

Qui furi conſilium ſpeciale, idemque inſtructorium, dedit, neque de lucro participavit, tantum pœnam extraordinariam incurrit.

1. Conſilium delinquendi vel ſimplex eſt, vel cum ſpeciali in-
2. ſtructione, atque perſvaſione, conjunctum. Illud extra ordinem, mitiori tamen, quam corpus affligente, pœna coërce-
3. tur. *arg. §. 11. I. d. Furt. L. 36. pr. d. Furt.* Sed conſilium ſpeciale, & inſtructorium, pœna corporis afflictiva quidem regulariter manet, non tamen ultimum ſupplicium, *arg. L. 12. ff. ad L. Jul. d. Adulter. Ord. Crim. art. 177. Part. 4. Conſt. El. 40.*
4. *Nob. Dn. de Berger. Elect. Crimin. p. 10.* Quodſi tamen is, qui hujus generis conſilium dedit, ſimul de furto participet, & tantum quidem, quantum ad pœnam ſuſpendii in fure ſufficit, pœna ordinaria locum habet, juxta *Mandatum Elect. Sax.*
5. *d. A. 1719;* quamvis non directo, ſed tantum per indirectum lucri

lucri particeps sit redditus. Occurit hæc quæstio in Collegio 6. nostro Mens. Sept. 1721. ad requisitionem des Amts Glaucha, in causa inquisitionis N. N.

OBSERVATIO LI.

Bona rei fugitivi annotata hodie non amplius fisco cedunt.

JUre Romano olim secus erat; ubi absens, cujus bona anno- 1. tata sunt, ea quidem recuperabat, si intra annum sui copiam fecisset, & innocentiam suam ostendisset; sed si non compareret, & anni spatium præterlapsum esset, bona irrevocabiliter fisco cedebant. *L. ult C. d. Requir. & absent. damn. L. 2. C. d. Requir. reis. Justinianus* autem, dum in *Nov. 134. c. ult.* bo- 2. norum confiscationes sustulit, etiam hanc publicationem cessare voluit. Add. *Huber. Præl. ad Pand. tit. d. Requir. & absent. damnand.* Quod clarius multo atque disertis verbis expres- 3. sit *Carolus. V. Const. Crim. art. 206.* ubi, cum formam annotationis bonorum præscripsisset, subjicit *in fin.* Und sollen die Richter und Oberkeit, zu ihrem Nutz, dem flüchtigen von ihren Güthern gar nichts nehmen. Unde eo fine cumprimis bona 4. absentis rei annotari solent, ne quid ex illis ad ipsum perveniat, quod ad fugam ejus vel instruendam, vel commodius tolerandam, faciat. In processu banni tamen, legitime pera- 5. cto, præsertim apud Saxones, hodienum bona fugitivi rediguntur in fiscum; nisi quod liberis legitima, atque uxori portio statutaria, salva relinqui soleat. *Carpz. Pr. Crim. Quæst. 135. & 140. Coler. dec. 108. Beier. ad Ord. Crim. cit. art. n. 5. Kress. ibid.* Ita Ordo noster respondit Mens. Septembr. 1721. 6. ad interrogationem Sabinen Catharinen von Mandelslo, Verb. Wenn gleich der ausgetretenen Rosinen Schultzin Ehemann an ihr Vermögen weiter nicht, als auff 30. fl. hoch Anspruch gemachet, auch ihre Mutter den blossen Auszug in derselben Güther ad dies vitæ zu fordern, und im übrigen nebst ihren Kinder wei-

ter nichts daran zu prætendiren hat; Ferner nach denen Sächsischen Rechten die Bona vacantia derjenigen Obrigkeit, welcher das merum imperium zustehet, heimfallen, demnach es das Ansehen gewinnet, daß auch in gegenwärtigem Fall, die Gerichts-Obrigkeit, als welche dem Anziehen nach, mit Ober- und Erbgerichten beliehen, sich der von der Besitzerin verlassenen Nahrung anzumaassen berechtiget;

Dennoch aber und dieweil Bona vacantia eigentlich nur diejenigen seyn, worzu kein Erbe und Eigenthums-Herr sich findet, Rosina Schultzin hingegen, welcher die hinterlassene Garthen-Nahrung jure dominii zuständig, eines theils, solche nicht in Gemüth und Meynung, das Eigenthum daran fahren zu lassen, als welches nicht zu præsumiren, bißanhero verabsäumet, andern Theils annoch am Leben, und wenn sie auch stürbe, oder pro mortuo zu halten, ihr Vermögen dennoch nicht vor Erbloß zu achten, in mehrern Erwegung, daß ihre Mutter und Geschwister, als Heredes ab intestato, welche sich der Succession nirgends begeben, vorhanden; Im übrigen der Gerichts-Obrigkeit weiter nicht, als dergleichen fugitivæ personæ hinterlassene Bona gebührend annotiren, auch die Creditores, wenn solche zu verordnen, ihre Forderungen rechtlich ausgeführet, daraus befriedigen zu lassen, zukömmt;

So erscheinet daraus allenthalben soviel, daß ermeldter Rosinen Schultzin hinterlassene Nahrung der Gerichts-Obrigkeit nicht heimgefallen, noch diese absque subhastatione selbige zu veralieniren befugt, V. R. W.

Observatio LII.

Cautio de se in judicio sistendo, a delinquente præstita, jurisdictionem competentem reddit, etsi tantum a sculteto & scabinis acceptata fuerit.

1. Remissiones reorum, olim apud Romanos necessitatis erant, *L. ult. ff. d. Accus. L. 7. ff. d. Custod. & exbib. reor. Nov. 134. c. 5.*

c.5. Sed hodie illas ex ſola urbanitate regulariter proficiſci, 2. conſtat. A qua regula cum alii caſus excipiuntur, tum ſigillatim ille, ubi reus in loco delicti deprehenſus, cautionem judicio ſiſti præſtitit, aut ſaltem, ſe citatum in judicio ſemper adfuturum eſſe, promiſit, *arg. L. 7. §. 7. ff. d. Pact. L. 20. ff. d. Judic.* Quo caſu, ſi Judex ordinarius, legitime requiſitus, re- 3. um ſiſtere detrectet, coram ſuperiori ea de cauſa moveri querela poteſt. Vid. *Dn. Mencken. Th. & Pr. Pand. tit. d. Cuſt. & exhib. reor. §. 2. p. m. 1525.* Nihil vero intereſt, utrum ipſe Judex 4. promiſſionem, vel cautionem, acceptet, an Scultetus & Scabini; quippe qui, tanquam perſonæ judiciales, ſine dubio negotium judicii valide gerunt. Ita Ordo noſter reſpondit Menſ. 5. Septembr. 1721. ad requiſitionem Johann Gottfried Schantzens, Gerichs-Verwalthers zu Tieffenau, in cauſa Hannßen Kaulen, und Conſ. Verb. Im übrigen iſt ietztgedachter Kaule zu Promnitz zur ſummariſchen Vernehmung, ſub pœna confeſſi & convicti nochmahls, vermittelſt ſeiner Obrigkeit, oder allenfalls edictaliter, gebührend vorzuladen, worauf auch deſſelben, ingleichen der übrigen Unkoſten halber, ferner ergehet, was recht iſt; V. R. W.

OBSERVATIO LIII.

In actione matrimoniali fœmina, ſuper concubitu ſuperveniente, jusjurandum adverſario recte defert.

HAud raro evenire ſolet, ut fœmina, quæ ad matrimoni- 1. um conſummandum agit, ſuſcepta datæ fidei demonſtratione, intelligat, voto ſe, propter deficientem parentum conſenſum, potiri non poſſe; eoque ad removendum hoc impedimentum, alleget, concubitum ex poſt facto ſuperveniſſe; quæritur, an ſuper hac circumſtantia jusjurandum ad- 2. verſæ parti deferri poſſit? Primo intuitu ob principium in fo- 3.

ro receptum, quod contra matrimonium jurisjurandi delatio locum non habeat, id negandum videtur; quum tali casu, præ-
4. stito juramento, reus a conjugio ineundo absolvatur. Sedenim vero intelligendum, tale jusjurandum non solum matrimonii causam spectare, sed eum simul effectum habere, ut, si reus, qui copulam carnalem fatetur, ad consummationem matrimonii descendere nolit, etsi promissio ejusdem ostendi nequeat, tamen ad
5. dotandum saltem teneatur. Quamobrem, sicut initio liberum est fœminæ, quæ actione matrimoniali experitur, & in concubitu simul se fundat, super hoc jusjurandum alteri deferre, ita idem omnino dicendum, si forte ex postfacto circumstantia
6. concubitus emergat. Ita censuit Consistorium nostrum Ecclesiasticum Mens. Sept. 1711. in causa Marien Bormannin, contra G. S. Verb. Dieweil Beklagte auf das fol. 64 b. beschriebene Vorbringen sich eingelassen, und dessen nicht geständig, so ist er darüber sein Gewissen, Wissenschafft und Wohlbewust, nach vorgehenden Klägerin Eyd vor Gefährde, zu eröffnen 2c. schuldig.

Observatio LIV.

Sententia, ad solam contumaciæ accusationem, altero non audito, lata, ex hoc capite frustra impugnatur, si hic ne ex postfacto quidem aliquid afferat, quod ad purgandam contumaciam valeat.

1. EQuidem regulariter, si unus litigantium alterius contumaciam accuset, Judex non prius sententiam ferre solet, quam alter, ut ad accusationem illam respondeat, daß er sich auf die Ungehorsams-Beschuldigung einlasse, rite & sub comminatione, daß sonst darauf erkannt werden solle, citatus fuerit; præsertim si defectio caput causæ, & præcipuum ejus momentum, attin-
2. gat. Quæ solita procedendi forma si neglecta sit, res ab eventu dependet, & videndum, utrum justa excusatio in promtu sit, quæ

quæ ad declinandam contumaciæ pœnam valeat, nec ne. Priori 3. casu rescinditur sententia, sed non casu posteriori. Incassum 4. enim sententiam, velut nimis præcipitatam, arguit, qui ne nunc quidem aliquid expromit, quo illa impediri poterat. Ita 5. Ordo noster respondit Mens. Sept. 1721. ad requisitionem des Raths zu Lommatzsch, in causa N. N. Verb. Beklagtens Suchen hat in Ansehung, daß er auch jetzo wegen der Desertion seiner Bescheinigung nichts erhebliches vorzubringen weiß, nicht statt; V. R. W.

Observatio LV.

Hoc solum, quod plures adversus Legem publicam, & jus prohibendi per eandem indultum, fecerint, non sufficit, ut uno libello conjungi queant.

Quamvis plura una capita in eodem libello cumulari pos- 1. sint; Vid. *Ord. Proc. Sax. tit. 5. §.* Wir lassen. non tamen 2. actio adversus plures aliter institui potest, quam si correi, seu consortes litis sint. Ad hoc vero consortium non satis est, utrin- 3. que causam agendi generalem, forte ex Lege publicam repetitam, adesse; sed & causa specialis eadem esse debet. Unde 4. consequitur, ineptum esse libellum, quo diversi rei ab hoc solum conveniuntur, quod v. gr. contra jus prohibendi civitatibus per *Legem Prov. Sax. de ann. 1555.* concessum, cerevisiam vendiderint, aut aliud quid hujus generis susceperint. Nam- 5. que diversa omnino fundamenta esse queunt, quibus singuli nituntur; id quod facile confusionem aliquam producere possit. Ita censuit Ordo noster Mens. Sept. 1721. ad requisitio- 6. nem des Ambts Frauenstein, in causa der Weißbecker, contra die Gemeinde zu Burckersdorff, und Cons.

Obser-

OBSERVATIO LVI.

In Saxonia dominus, qui sciens, ab animali suo damnum datum esse, illud recipit, simpliciter ad ejus restitutionem tenetur.

1. JUre Civili actio de pauperie alternative competit, ut vel damnum resarciatur, vel animal, quod nocuit, noxæ deda-
2. tur. *pr. I. Si quadrup. paup. fec. dic. L. 1. pr. ff. eod.* Quæ actio hodie abrogata censeri nequit. Vid. *Habn. ad Wesenbec. c.*
3. *t. in 3.* Cumque ipso Jure Naturali nitatur, non est, cur eam ex amore Juris Romani in forum introductam dicamus,
4. uti vult *Dn. Thomasius Annotat. ad Inst. cit. tit. pr.* Apud Saxones Dominus, qui, posteaquam de pauperie intellexit, animal
5. abigit, aut non recipit, hac actione conveniri nequit; Sin autem receperit, noxæ deditione haud liberatur, sed præcise damnum resarcire tenetur. Land-R. *L. 2. art. 40. Carpz. Pr.*
6. *Crim. q. 131. Hopp. ad. pr. I Si quadr. paup. fec. Us. hod.* Ita Fac. Jur. Lips. Mens. Dec. 1719. ad requisitionem des Amts Schweinitz, in causa Michael Franckens, contra George Eulen, und Conf. Verb. Daß Beklagter, Klägern, des seiner Tochter von Beklagtens Pferde, so er wieder zu sich genommen, und behalten, am Gesichte zugefügten Schadens wegen, wodurch sie die Sehe verlohren, 40. fl. nebst denen Unkosten abzustatten schuldig; V. R. W.

OBSERVATIO LVII.

Subscriptio testium in instrumentis Notariorum necessaria haud est.

1. JUre Civili secus videtur dicendum, propter *Nov. 73. cap. 5.* ubi instrumentis tabellionum, antequam compleantur,
2. *testium ex scripto præsentia* adjici jubetur. Quamvis forte hæc verba ad expressionem nominum in instrumento non incon-

grue

guere ferri queant. Sane eandem hanc interpretationem secutus videtur *Maximilianus Imp.* in *Rec. Imp. d. Ann. 1512.* ubi §. 3. ad Jus Commune, gemeinen Rechten, provocat; & inter alia requisita exigit, daß Zeugen darzu genommen, deren aller Namen und Zunamen klärlich beschrieben, und zuletzt das Signet und Unterschrifft der Notarien gesetzt werde. Eandemque sententiam, quod solius Notarii subscriptio sufficiat, neque opus sit, ut testes simul subscribant, quotidiana Praxis comprobat. Incidit hæc quæstio in Collegio nostro Mens. Jun. 1721. ad interrogationem Johann Gottlieb Wagners zu Dreßden. 3. 4. 5.

Observatio LVIII.

Ministri Ecclesiæ, quatenus intuitu officii usumfructum bonorum habent, ad cautionem haud tenentur.

Regulariter quisque usufructuarius ad idoneam cautionem præstandam obstrictus est, *t. t. ff. Usufruct. quemadm. cav.* Ab hac regula excipitur (1) maritus, *Carpz. P. 2. C. 10. d. 9. n. 6.* (2) Pater in bonis liberorum adventitiis, *L. 6. §. 2. L. 8. §. 4. in fin. C. d. Bon. quæ lib.* (3) Fiscus, *L. 1. §. 18. Ut legat.* (4) Usufructuarius, cui proprietas ex die legata, *L. 9. §. 2. Usufr. quemadm. cav.* (5) Vidua, intuitu dotalitii. *Schilter. Ex. 17. th. 21. seq.* Quibus exceptionibus addenda est ex moribus receptis illa, quæ Pastores seu Ministros Ecclesiæ a cautione liberat, intuitu inventarii, quod vocant, aliorumque bonorum, quorum simplicem usumfructum, tanquam partem salarii, sub ingressum officii accipiunt. Vid. *Titii* Probe des Deutschen Geistlichen Rechts, *L. 2. c. 6. §. 10. in fin. pag. 297.* Ita censuit Consistorium Ecclesiasticum nostrum Mens. Maj. 1721. in causa der Eingepfarrten zu Alt-Hertzberg, contra M. Christian Andreas Flecken. 1. 2. 3. 4.

OBSERVATIO LIX.

Subditi cogi non possunt, ut testimonium adversus dominum dicant.

1. JUre Civili subditi in causa Superiorum suorum testimoni-
2. um perhibere nequeunt. *L. 6. ff. d. Testib.* Moribus hodiernis volentes admittuntur; ut tamen dominus jurisjurandi vinculum, quo ipsi adstricti sunt, quoad talem actum remittat;
3. *Carpz. P. 1. C. 16. d. 64.* Utut hujusmodi remissio magis consvetudinis receptæ, quam necessitatis, sit; cum juramentum, quod a subditis superiori præstatur, regimen publicum, non priva-
4. tas controversias, respiciat. Plane inviti subditi ad testimonium, adversus dominos ferendum, cogi nequeunt. *Carpz. L. 3. Resp. 93. Lauterb. Comp. Jur. tit. d. Testib.* Nisi forte aliter
5. veritas haberi nequeat. *C. ult. X. d. Test. cog.* Ita Ordo noster respondit Mense Junii 1713. ad requisitionem des Ober-Amts-Haubtmanns von Ponickau, zu Budißin, in causa Gottlob Christian Vitzthums von Eckstädt, contra Wolff Christian von Schönberg. Verb. Rat. Decid. Zu geschweigen, daß die Opinion, als ob ein Subditus gegen seinen Herren zu zeugen angehalten werden könne, nicht auf so gewissem Grunde beruhet, gestalt denn, was in

L. 4. ff. de Parent. & aliis conjunct. person.

ingleichen von Libertis enthalten, nicht sofort auf die Unterthanen zu ziehen, und aus der Special-Disposition

2. F. 33. §. 1.

keine General-Regul zu machen, das Contrarium auch mit der quotidiana Praxi bewähret wird;

So ist etc.

OBSER-

OBSERVATIO LX.

Quando inter contrahentes convenit, ut emtio ineretur, pro tali haberi debet, etsi res, quam, præter pecuniam, ab emtore dari, initio placuit, hanc superet.

1. Est hæc pervulgata quæstio: Si emtor, cum pecunia, rem initio promittat, utrum emtio, an permutatio sit? Cujus nullam 2. omnino utilitatem esse, contendit *Beyerus ad ff. tit. d. Rer. permut. in fin. & ad Inst. tit. d. Emt. Vend. pos. 23.* secutus *Titium ad Comp. Jur. Lauterb. tit. d. Contrah. emt.* Equidem non infi- 3. cior, utramque utilitatem, quam *Beyerus c. l.* affert, hodie cessare; cum & pœnitendi facultas a contractibus innominatis exulet, & retractus in hujusmodi contractu, revera mixto, non commode locum invenire queat. Superest autem alia utili- 4. tas, quam laudatos Viros omnino fugisse, miror; nempe intuitu periculi; quod, post emtionem perfectam, statim in emtorem transit; sed in pacto permutationis non aliter, quam si res tradita fuerit. Nam ante traditionem domino suo pe- 5. rit. Cæterum in dubio emtionem contrahi, puto; tanquam 6. contractum frequentiorem, & Jure Romano firmiorem, mereque consensualem; quicquid dissentiat *Carpzovius P. 2. C. 32. d. 15.* eumque secutus *Hoppius ad tit. I. d. Emt. vendit. §. 2.* Quo- 7. rum ratio, quod permutatio antiquior contractus sit, nihil ad rem facit. Neque enim in communi vita, historias anti- 8. quitatum, sed quid jam usu tritum sit, respicere solemus. *Beyer. c. l.* Sed de hoc tantum in dubio quærimus. Nam si appare- 9. at, quid partes egerint, earum voluntate standum, sive res, sive pecunia, prævaluerit. *arg. L. 6. §. 1. L. 21. §. 4. ff. d. Act. emt. L. 38. d. Contrab. emt. L. 34. d. R. J.* Ita Ordo noster respondit 10. Mense Jun. 1713. ad interrogationem A. Müllers zu Hertzgeroda, Verb. Wenn gleich in dem Contract sub A. Ihro Fürstl. Durchl. Fürst Friedrich zu Anhalt, Hochseeligen Andenckens,

Q 2 denen

denen von Legat vor die Malter Weitzen, Rocken, und Gersten, auf der Göritzer Marcke gewisse Einkünfften von 8. Saltz-Pfannen zu Staßfurt gegeben, diesemnach es das Ansehen gewinnet, daß besagter Contract in einer Permutation bestehe, ungeachtet Sr. Fürstl. Durchl. etwas Geld, nemlichen 300. Thl. mit zugehören, in mehrer Erwegung, daß die 30. Thl. 6. gr. 8. pf. jährliche Saltz-Revenüen, wenn man solche nach 5. oder 6. pro Cent zu Capital anschläget, 6. oder 500. Thal. Capital betragen, also denen gezahlten 300. Thl. baar Geld prævaliren, auf welchen Fall die Rechts-Gelehrten nach Anleithung des

L. 6. C. de Pact. inter emtorem & vendit.

das Negotium pro permutatione halten,

Bachov. Vol. 1. Disp. 30. th. 5.
Carpz. P. 2. C. 32. D. 15.

Dennoch aber und dieweil sowohl aus dem Anfang, als denen folgenden Worten des Contracts sattsam abzunehmen, daß die Contrahentes einen Kauff intendiret, sich auch Käuffer und Verkäuffer genennet, in diesem Fall aber nach des

Bartoli in Comment. ad L. 18. de Donat. n. 2.

enthaltenen, und von den Ddbus insgemein beybehaltenen Meynung der Contract pro emtione venditione zu halten, wenn gleich res pecuniam superiret,

arg. L. 6. §. 6. L. 21. §. 4. ff. de Act. emt. vend.
L. 34. ff. d. R. J.
L. 52. ff. de V. O.
Franzk. ad tit. de Contrah. emt. vend. p. 211.
Hopp. ad §. 2. I. de Emt. vend.
Carpz. d. l.

So ist ermeldtes Negotium pro emtione venditione zu achten.

Obser-

OBSERVATIO LXI.

Quando in libello actor allegat: daß er vernehmen müßen/ wie Beklagter dieses oder jenes gethan/ *pœnam confessi & convicti reus non incurrit, etsi simpliciter per verbum:* Nescit, *respondeat.*

Equidem primo intuitu videri possit, pœnæ contumaciæ 1. locum esse; Namque verba commemorata revera duas 2. propositiones continent; una concernit factum alienum; daß Kläger es vernehmen müssen; altera complectitur factum rei proprium; daß er dieses, oder jenes, gethan; quo casu verbum: *nescire*, quippe quod tantum ad facta aliena quadrat, haud sufficere, sed responsionem præcise affirmando, vel negando, fieri debere, constat. Sed enimvero manifestum 3. est, & actoris aliquam hic culpam concurrere; qui hujusmodi responsioni generali hoc ipso causam occasionemque dedit, dum propositiones, revera distinctas, in unam conjunxit; & excusationem reus meretur, qui juxta libelli verba litem 4. contestatus est. Saltem contumaciæ pœna adeo odiosa est, ut 5. vel minima probabilis causa ab eadem liberet. Ita censuit Or- 6. do noster Mens. Aug. 1721. ad requisitionem des Ambts Dreßden, in causa Johannen Emilien Nergerin, contra Lovisen Dorotheen Weisin, und Cons. Verb. Hiernechst ist Mit-Beklagtin, nach anderweit vorgehender gebührender Ladung, auff die erhobene Klage, soviel den 4. 6. und 9ten Punct fol. 143. seq. betrifft, anderer Gestalt und besser, als geschehen, mit ja oder nein, sub pœna confessi & convicti, sich einzulassen und zu antworten, sowohl, weiln er solches voritzo nicht gethan, die Unkosten dieses Termins, nach vorgehender Liquidation, und Richterlicher Ermäßigung, zu erstatten pflichtig; V. R. W.

OBSERVATIO LXII.

Nullitate insanabili non laborat sententia, quum formulam transactionis de sorte explicat, quæ ad solas usuras restringenda fuerat.

1. DEductioni nullitatis alicubi spatium 6. septimanarum constitutum est; ut in Ducatu Pomeraniæ & Megapoli-
2. tano. Cujusmodi dispositio autem, nisi aliud expresse caverit, ad nullitates insanabiles nequaquam pertinere, intelligi-
3. tur. Nempe tale Jus provinciale ac speciale interpretationem recipit ex Jure Communi, nempe *Rec. Imp. nov. d. Ann. 1654.* ubi §. *121.* & *122.* ubi nullitates regulariter intra decendium in judicium deduci jubentur; exceptis illis quæ insanabiles sunt, ex
4. persona Judicis, partium, aut processus. Quod & de Ducatu Mecklenburgico recte observat *Tarnov. Tr. d. Feud. Mecklen-*
5. *burg. P. 1. Sect. 5. c. 1. §. 8. p. 618.* Atenim pro hujusmodi nullitate insanabili ea haberi nequit, quando instrumentum contractus, aut transactionis aliter, atque fieri debebat, & v. gr. de sorte,
6. explicatum fuerit, cum ad solas usuras pertineat. Ita Ordo noster respondit Mens. Aug. 1721. ad requisitionem der Fürstl. Meckl. zur Justitz-Cantzley in Strelitz verordneten Præsident und Räthe, in causa Annen Judithen Platonin, contra den Land-Rath Leopold von Dertz, defensorio nomine seines Eheweibes, Verb. Daß die eingewandte Appellation in ihren Formalien beständig, derer Materialien halber erscheinet aus denen Acten, und derer Partheyen rechtlichen Einbringen soviel, daß wohl appelliret, derowegen der von Appellaten interponirten Querelæ nullitatis nicht zu deferiren, sondern es ist selbige unzuläßlich; V. R. W.
7. Rat. Decid. Alldieweil vermöge der Fürstlichen Mecklenburgischen Land- und Hoff-Gerichts-Ordnung, wenn Restitutio

tio in integrum gesuchet, und, solcher ungeachtet, voriges Urthel confirmiret worden, das Beneficium appellationis, vel Querelæ nullitatis, weiter nicht statt hat; Hiernechst aus denen Acten sich veroffenbahret, daß Appellat bereits des Remedii Restitutionis in integrum sich bedienet, damit aber nichts ausgerichtet, sondern es ist in der darauf erfolgten Sententia n. 94. nichts destoweniger bey dem sub n. 57. befindlichen Urthel verblieben, dannenhero er nunmehro mit der Querela nullitatis ferner nicht zu hören, sondern selbige unzuläßlich, in mehrer Erwegung, daß allhier keine so genannte Nullitas insanabilis, und zwar weder simpliciter, noch secundum quid talis, vorhanden, gestalt kein Defectus citationis aut mandati sich äussert, noch in thesi, i. e. inserta sententiæ, juri vel consvetudini contraria, ratione, oder wider ein voriges Rechtskräfftiges Urthel gesprochen, insonderheit auch des Judicantis ungleiche Einsehung und Auslegung eines Transacts pro nullitate insanabili nicht zu achten, mithin die Disposition des Reichs-Abschiedes de Ann. 1654. §. 122. anhero nicht zu appliciren;

So ist rc.

Observatio LXIII.

Delatio jurisjurandi, simpliciter facta, æque ad aliena, atque ad propria, facta quadrat.

IN Saxonia Electorali accurate attenditur discrimen, publica lege corroboratum, ut tantum facta alterius propria, soli conscientiæ ejus, aliena autem simul scientiæ, & notitiæ committantur; werden ins Gewissen, Wissenschafft, und Wohlbewust geschoben. Vid. *Ord. Proc. Sax. tit. 18. §.* Weil es aber daraus. Unde eo casu, quo facta aliena soli conscientiæ adversæ partis commissa sint, delatio jurisjurandi negligitur, & pro non facta habetur; illorumque probatio deferenti injungitur. Omnem autem difficultatem facile evitat, qui simpliciter, se juramenti delatione uti, declarat: Daß er Gegentheiln den Eyd darüber deferire;

1. 2. 3.

Sic

4. Sic enim hoc, pro qualitate factorum, intelligendum, ut propria quidem, conſcientiæ, reliqua vero ſimul notitiæ commiſſa 5. implicite intelligantur. Ita Ordo noſter Menſ. Sept. 1721. ad requiſitionem des Crāys-Amts zu Meiſſen, in cauſa Johann George Schribers, contra Chriſtian Gottfried Petſchen, reſpondit. Verb. Und weiln hiernechſt Kläger auff den 38. und 41ten Gegen-Beſcheinigungs-Articul ſich eingelaſſen, und deren nicht geſtändig, ſo iſt deſſen Principal darüber ſeyn Gewiſſen, Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt, dahin ihm ſolche auff dieſen Fall geſtellet, nach vorgehenden Beklagtens Principaln Eyd vor Gefehrde zu eröffenen, oder ſein Gewiſſen in gehöriger Friſt mit Beweiß zu vertreten, oder auch itztgedachten Beklagtens Principaln den Haupt-Eyd zu referiren ſchuldig; V. R. W.

OBSERVATIO LXIV.

Quando dominus cum ſubditis pactum iniit, de certa pecunia, loco operarum, quibus commode uti nequit, Dienſt-Geld/ *præſtanda, regreſſum ad illas præſcriptio haud excludit.*

1. QUin præſtatio pecuniæ pro operis præſcriptionem admittat, dubitandum haud eſt; idemque per *Conſt. El. Sax. 4.* 2. *Part. 2.* expreſſe confirmatum. Sedenimvero hujusmodi conventio, de qua in præſens quæſtio eſt, quodammodo locationem aliquam continet; quæ idoneum titulum ad præ- 3. ſcribendum haud tribuit. Vid. *L. 25. §. 1. ff. d. Oper. libert. L. 1. C. eod. Carpz. ad cit. Conſt. d. 4.* Ita Ordo noſter Menſ. Aug. 4. 1721. ad interrogationem George Schmieden zu Dahme, reſpondit, Verb. Ob wohl die Anſpänner des Ambtes Dahme nicht in Abrede ſeyn können, daß ſie diejenigen Dienſte, welche nach Anleitung des Ambts-Erb-Buches de Ann. 1658. denen Schultzen und Lehn-Leuthen obliegen, von Ann. 1712. her mit verrichtet, auch daß ihnen ſolche und insbeſondere die ſo genannte

Schrei-

Schreiber-Fuhre, bey Verführung des Getreydes, bereits von Anno 1677. her, angemuthet worden, zugestehen, mithin das-jenige, was in nur besagtem Erb-Buche, solcher Dienste und Fuhren halber verordnet, zu befinden, ihnen ferner nicht zu statten zu kommen scheinet, dazumahl von Anno 1677. bis in denen Rechten zur Verjährung vorgeschriebene Zeit vor längsten verflossen, anbey auch die Schultzen und Lehn-Leuthe anführen, daß sie statt der ehemahligen Dienste, ebe dreyßig Jahr, Jahr und Tag, ein gleichförmiges Dienst-Geld abgestattet, mithin nach Anleitung der

Const. Elect. Sax. 4. P. 2.

zu Leistung derer Dienste in natura nicht weiter angehalten werden möchten, immaassen denn auch in ihren Lehn-Brieffen von dergleichen Diensten nichts enthalten, sowohl der Inhalt des angezogenen Erb-Registers ihnen dahero nicht füglich entgegen zu setzen sey, da ihre Vorfahren, bey dessen Verfertigung, mit ihrer habenden Nothdurfft nicht gehöret worden;

Dennoch aber und dieweil in dem obangezogenen Ambts-Erb-Buche gar deutlich verordnet, daß von denen Land-Fuhren kein Ambts-Unterthaner frey sey, sondern dieselben solcher-gestalt eingetheilet werden, daß die Schultzen und Lehn-Leuthe alle Fuhren, sie seyn nahe, oder weit, verrichten, die Bauren aber in gemein das Getreydig über Land biß auf 8. Meilen ohne Entgeld verführen müssen, und daß von Anno 1712. die Anspänner die denen Schultzen und Lehn-Leuthen obliegende Dienste mit verrichtet, noch keine Zeit, so zu einer Verjährung, denen Rechten nach, erfordert wird, ausmachet, auch, daß seit Anno 1677. solche Lehn-Dienste, und ins besondere die so genannte Schreiber-Fuhre, denen Anspännern angemuthet worden, ebenmäßig darzu nicht hinlänglich, da sie diesem Ansinnen sich widersetzet, und indem sub dato den 25. Jul. 1678. Gnädigsten Decisiv-Rescript sub n. 6. und 7. derer Anspänner Beschwerden wegen angemutheter Führung des Korn-Schreibers bey Verführung des Getreydes vor unerheblich nicht befunden, sondern da der

 Beam-

Beamte sich entschuldiget, daß dergleichen bey seiner Amtss-Zeit nicht vorgegangen, ihm Gnädigst injungiret worden, daß er auch künfftig ein solches weder thun, noch verhengen, den Mit-Abgefertigten aber bey Verführung des Amts-Getreydes, durch eine Lehn-Fuhre, die es zu thun schuldig, führen lassen solle, dann, als Ann. 1680. die Hertzogliche Frau Wittbe, Frau Johanna Walpurgis, das Amt Dahme, als ihr Witthum bezogen, und von denen Lehn-Leuthen Dienst-Geld nehmen, denen Anspännern aber die Lehn-Dienste mit aufbürden wollen, auf dieser darüber ebenmäßig geführte Beschwerden, sub dato den 6. Octobr. 1684. dem damahligen Schreiber anbefohlen worden, er solle die Lehn-Schultzen und Anspänner, der erfolgten Befreyung ungeachtet, zu denen schuldigen Amts-Diensten mit Nachdruck anhalten, oder bey fernerer verspührender Unterlassung empfindlicher Anthung gewarten, immaassen denn auch, als darauf der Amts-Hauptmann Löser das Amt Dahme erpachtet, von denen Schultzen und Lehn-Bauern, auch statt der schuldigen Dienste, das Dienst-Geld weiter genommen, die Lehn-Dienste aber, und ins besondere, die so genannte Schreiber-Fuhren, denen Amts-Anspännern aufbürden wollen, diese letzteren, besage des Extractes in denen mit überschickten Privat-Acten fol. 4. b. mit dem Amts-Hauptmann zu Weissenfels eine Verhör gehabt, und bey selbiger ein Verfahren, und daß sodann ein Urthel eingeholet werden solle, veranlasset worden, die Sache aber darauf liegen geblieben, biß endlich der Amts-Pacht sich geendiget, und das Amt Dahme Anno 1697. hinwieder in Administration gekommen, da denn zwar von denen Lehn-Leuthen das Dienst-Geld ferner beybehalten, auf die fol. 5. beschehene unterthänigste Vorstellung aber ein gewisses Deputat an Haffer u. Stroh zu Unterhaltung nöthigen Gespannes, umb dadurch die nöthigen Lehn-Dienste zu bestellen, nach Anleitung des sub dato den 12. Octobr. 1697. ergangenen Rescriptes zugeleget, und die Anspänner, und Dienst-Leuthe, mit denen Lehn-Diensten biß Ann. 1712. verschonet worden, anbey auch höchstunbillig, und denen Rech-

ten zuwider ist, daß diejenigen Dienste, vor welche die Schultzen und Lehn-Leuthe ein gewisses Dienst-Geld abstatten müssen, denen übrigen Anspännern aufgebürdet werden sollen, und wenn man deren in natura nicht entbehren kan, die Schultzen und Lehn-Leuthe gegen Erlassung des Dienst-Geldes, ihres beschehenen Einwendens ungeachtet, darzu gar wohl angehalten werden mögen, da nicht nur, wie in facto angegeben, solches Dienst-Geld Ann. 1697. erhöhet, mithin dieselben solches per tempus, lege definitum, nicht gleichförmig abgestattet, noch von ihnen angenommen worden, sondern auch, wenn gleich dieses nicht wäre, die angezogene

Const. 4. Part. 2.

per ea, quæ habet

Carpz. ad d. Const. Def. 4. n. 1.

alsdann ihren Abfall leidet, wenn von denen Unterthanen, vermöge einer besondern Convention, statt deren Dienste ein gewisses Dienst-Geld angenommen worden, immaassen auf solchen Fall die vorgeschützte Verjährung nicht statt findet, sondern die Dienste in natura gar füglich wieder gefordert werden können, dasjenige auch, was dieselben aus ihren Lehn-Brieffen anführen, dahero hinweg fället, weil a silentio scripturæ ad ipsam negationem nicht argumentiret werden kan, auch genug ist, daß die Lehn-Leuthe, nach Anleithung des Ambts-Erbbuches zu solchen Diensten verbunden sind, dann was dem Ambts-Erbbuche entgegen gesetzet wird, nach Ablauff einer so langen Zeit nicht mehr statt findet, auch, da dergleichen schon vormahls urgiret, dennoch dieselben damit abgewiesen worden sind;

So erscheinet daraus allenthalben soviel, daß die Ambts-Anspänner bey dem Inhalt des Ambts-Erbbuches, und denen darauf sich gründenten Rescriptis, billig zu schützen, und mit denen Diensten, welche darinnen denen Schultzen und Lehn-Leuthen zugetheilet, zu verschonen, diesfalls auch mehreren Beweiß zu führen, oder mit denen Lehn-Leuthen sich in eine Rechtfertigung einzulassen nicht schuldig; V. R. W.

OBSERVATIO LXV.

Locatio prædii, ab usufructuario facta, ad annum gratiæ haudquaquam pertinet.

1. 2. RAtio est, quia per mortem usufructuarii jus illius extingvitur; Atqui, resoluto jure dantis, jus accipientis etiam 3. resolvi, constat. *L. 31. ff. d. Pignor.* Annus gratiæ autem est beneficium Legis, neque locatio ad hujusmodi tempus se por- 4. rigere intelligitur. Ita Ordo noster Mens. April. 1721. ad interrogationem Christiani Theophili, Advocati zu Freystatt, respondit, Verb. Fället Zweiffel für, ob unter denen von Ludolpho gebrauchten Worten: ausser die völlige Erndte: auch die Pacht-Gelder von denen verpachteten Aeckern und Wiesen mit zu verstehen, also selbige dessen Söhnen und Erben zu lassen?

Ob nun wohl bey Ludolphi Leben zwischen der von ihm genossenen oder gehofften Erndte, und dem Pacht-Gelde, ein mercklicher unterscheid sich geäussert, maassen derselbe die als Decanus von dem Stiffte gehabte Aecker und Wiesen theils in natura genutzet, theils um ein gewisses jährliches Pacht-Geld anderen Leuten überlassen; Zudem der piæ causæ, wenn unter der völligen Erndte das Pacht-Geld mitbegriffen, etliche 1000. fl. entzogen werden;

Dieweil aber dennoch der von Ludolpho, als Decano und Usufructuario vom Stiffte, mit seinen Pacht-Leuten über die Stiffts-Aecker und Wiesen geschlossene Pacht-Contract sofort mit dessen Tode sich geendiget, und aufgehöret, solchemnach das Stifft so wenig, als Ludolphi hinterlassene Söhne, dieselbe das Gnaden-Jahr über darbey zu lassen verbunden;

Conf. L. 9. §. 1. π. Loc. cond.
Zoes. ad π. Tit. Loc. cond. n. 50.

in mehrer Erwegung, daß in facto, welcher gestalt Ludolphus mit des Stiffts Consens seinen Pachtleuten den Pacht auch auf das Gnaden-Jahr ausdrücklich versprochen, nicht angeführet wird,

wird, bey welcher Bewandnüß, und da an Seithen Ludolphi im Gnaden-Jahre eigentlich keine Verpachtung gewesen, dessen gebrauchte Worte: ohne die völlige Erndte/ anders nicht, als daß alle Aecker und Wiesen-Früchte, es mögen solche ohne oder durch einen Pacht percipiret werden, denselben Erben verbleiben sollen, zu verstehen und anzunehmen, worzu kömmt, daß das Pacht-Geld allenfalls als ein Surrogatum von der Erndte anzusehen, folglich dasjenige, was bey der Erndte statt hat, auch auf das Pacht-Geld, so an der Erndte stelle tritt,

Vid. *L. 58. pr. π. de Usufr.*

zu appliciren;

So erhellet daraus soviel, daß unter der völligen Erndte das Pacht-Geld mit begriffen, und die pia causa dasselbe zu fordern nicht befugt; V. R. W.

Observatio LXVI.

Tutor juratoriam cautionem pro pupillo præstare haud tenetur.

Tutoris munus per se grave satis est, plurimaque onera in- 1. volvit. Accedit, quod in Saxonia omnia juramenta ab 2. ipsis principalibus præstanda sint; adeoque tutor invitus jurare haud teneatur. Quamobrem, tali casu eveniente, fatius est, 3. hujusmodi exceptionem de non præstita cautione pro renovatione & expensis prætermitti, quam ejusdem præstationem injungi. Vid. *Rivin ad O. P. S. tit. 13. Enunc. 25.* Ita Ordo noster 4. Mens. Apr. 1711. ad requisitionem Heinrich Gotthelff Köhlers, in causa George Wittichs, contra Elisabeth Schauschin, respondit, Verb. Daß Kläger mit dem geforderten Vorstand, der Wiederklage und Unkosten halber, weil einem Vormund vor seinen Mündel die Eydliche Leistung sothaner Caution nicht injungiret werden mag, zu verschonen; V. R. W.

OBSERVATIO LXVII.

Quando pascua utriusque pecoribus haud sufficiunt, dominus cedere tenetur.

1. Cum jus pascendi in alterius prædio alteri constitutum est, dominus prædii servientis, & ipse, pecora sua ibi pascere potest; si modo pastura utrique sufficiat; sed si non sufficiat, verius est, Dominum potius, quam eum, cui jus pascendi quæsitum est, cedere teneri. Quatenus enim alteri jus certum in meo competit, eatenus ego ab usu hujus juris excludor, nisi citra impedimentum alterius fieri possit, *Stryk. Us. Mod. Pand. tit. de Serv. rust. præd. §. 15.* Nec vero *L. 13. §. 1. Commun. præd. & L. 6. C. de Servit.* obstant; quippe quæ de consvetudine, seu jure familiaritatis, commode explicari queunt. Ita Ordo noster Mens. Jan. 1697. ad interrogationem Sempronii zu Leipzig, respondit.

OBSERVATIO LXVIII.

Qui falsam monetam, a se fabricatam, alteri scienti, vendit, non ignis, sed gladii pœna afficitur.

1. Equidem juxta *L. 2. C. de Fals. mon. & Ord. Crimin. art. III.* ad ignis supplicium non præcise requiritur, ut falsa moneta expensa sit; sed sola ejus fabricatio sufficit. Sed Praxis, præsertim in foro Saxonico, benigniorem interpretationem sequitur, neque ignis supplicio locum relinquit; nisi quis falsam monetam, & fabrefecerit, & expenderit; quo posteriori requisito deficiente, simplex gladii pœna dictatur; quod sic omne damnum cesset. *Carpz. Pr. Crim. q. 42. n. 92. seqq.* Add. *Glossa ad Landr. L. 2. a. 26.* Quo præstructo, consequi puto, pœnæ ignis locum haud esse in eo, qui falsam monetam, a se fabricatam, alteri scienti, viliori pretio, vendit. Neque enim hic lapsus, aut damno affectus, videri potest; cum vitii gnarus falsam

ſam monetam emerit. Itaque tali caſu, ceſſante damno, etiam ignis ſupplicium, pœna gladii in ejus locum ſurrogata, merito ceſſabit. Ita cenſuit Ordo noſter, Menſ. Apr. 1721. ad requiſitionem 6. Gerhardt Wilhelm Thymen, Amts-Adjuncti zu Beichlingen, in cauſa inquiſitionis N. N. Verb. Hat Inquiſit N. N. als er dem fol. 151. ſeqq. befindlichen Urthel zu folge dem Scharff-Richter auf gewiſſe Maaſſe untergeben worden, geſtanden und bekannt, daß er nebſt N. N. einem Schneider zu N. N. vornehmlich aus einer zerſchnittenen Offen-Blaſe falſch Geld an Käyſer-Groſchen und Gothaiſchen Sechſern gemüntzet, und warm machen, dünne rollē, durchwaltzen, kurtz ſchneiden und durchpreſſen helffen, auch Marckgräffliche Brandenburgiſche Groſchen ausmüntzen wollen, ſowohl ein Klümpgen falſch Geld von ohngefehr 20. Thl. an N. N. oder N. N. gegen 9. bis 10. Thl. gut Geld verwechſelt, und davon 4. bis 5. Thl. bekommen; So iſt itztgedachter Inquiſit N. N. in Anſehung, daß N. N. oder N. N. das falſche Geld von ihm wiſſentlich unter dem fälſchlich darauf geſetzten Werth angenommē, folglich jener dieſen wider ſeinen Willen darmit nicht betrogen, und in Schaden gebracht, mit der Straffe des Feuers zwar zu verſchonen, jedoch nichts deſtoweniger, weiln er falſche Müntze fertigen helffen, wenn er auf ſeinen diesfalls gethanen Bekänntnis vor öffentlich gehegtem peinlichen Halß-Gerichte verharret, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu beſtraffen.

OBSERVATIO LXIX.

Maritus in cauſa uxoris, unde uſumfructum, aliudve emolumentum ſperat, eſt teſtis inhabilis.

FAc, uxorem hereditatis petitione, aliave ſimili actione, ad- 1. verſus alterum experiri, ſuumque maritum nominare teſtem; quæritur: Num is admitti debeat? Quod merito nega- 2. tur. Quamvis enim maritus pro uxore alias teſtimonium per- 3. hibere queat; cum imperio ejus ſubjectus haud ſit; utut ta-

le

le testimonium non sit omni exceptione majus; vid. *Brunnem.*
4. *Proc. Civ. c. 20. n. 10. Martini ad O. P. S. tit. 20. §. 2. n. 169.* Excipiendus tamen est casus, ubi causa uxoris proprium mariti interesse complectitur; sive usumfructum ex portione illius hereditaria speret, sive aliud inde lucrum sibi promittere que-
5. at. *L. 10. ff. & C. d. Testib.* Ita Ordo noster Mens. Oct. 1720. ad requisitionem der Gerichten zu Wesenstein in causa George Papperten, und Cons. contra George Zöllern, respondit Verb. Dahingegen test. 3. zu Abstattung des geforderten Gezeugnüßes
6. vor unzuläßlich zu achten. Quam sententiam, interposito adversus illam Remedio leuterationis, idem Ordo confirmavit Mens. Aug. 1721. Verb. Leuterung ungeachtet 2c.

Observatio LXX.

Creditor, in foro Communi, hypothecam extrajudicialem, ignorante debitore, in judicialem mutare nequit.

1. Jure Civili ad oppignorationem rerum immobilium judici-
2. ali auctoritate opus haud est; Præfertur tamen, concurrentibus aliis creditoribus, is, qui pignus habet, instrumento publico constitutum, *L. 11. C. Qui pot. in pign. Carpz. P. 2. C. 13. d. 9.*
3. Ubi quæritur: Utrum creditor, cui extrajudicialis hypotheca constituta est, possit, ignorante debitore, consensum Magistra-
4. tus, eoque jus hypothecæ publicæ, impetrare? Quod utique negandum. Neque enim, invito domino, novo hypothecæ gene-
5. re onerari queunt immobilia illius bona. Et ipsius interest, non talem hypothecam, quæ jure prælationis gaudeat, citra ipsius vo-
6. luntatem atque consensum, indulgeri. Ita Ordo noster Mens. Apr. 1721. ad requisitionem des Raths zu Helmstedt, in Helschers Concurs.

Obser-

OBSERVATIO LXXI.

In pœna capitali, propter furtum, infligenda, verum rei pretium, non spes lucri futuri, attendi debet.

SÆpenumero domini res ablatas, ad onerandum reum, majoris, quam revera sunt, æstimare, & lucri, quod in futurum inde sperari queat, rationem habere solent. Sed talis spes nequaquam in computum venire potest, neque aliud, quam verum rei furtivæ pretium, in condemnando reo, attendi oportet. Cum enim furti pœna sat dura, eoque odiosa sit, non spes incerta, sed verum pretium, in computum venire debet. Unde cum Ordini nostro Mens. Apr. 1721. ad requisitionem des Amts Torgau in causa Fr. H. oblatus fuisset casus, ubi dominus pretium rei, sibi ablatæ 6. imperialibus, & 18. grossis, habita ratione spei interceptæ, personæ vero judiciales verum, idemque præsens pretium, 12. grossis æstimassent, nonnisi 14. dierum carcerem dictavimus. Verb. Daß, gestalten Sachen nach, und in Ansehen des fol. 43. befindlichen Attestats, und beschehener Würderung des entwendeten Holtzes, der Inquisit N. N. seiner Begünstigung halber, 14. Tage lang mit Gefängnüß, oder um 7. alte Schock zu bestraffen, oder auch vor einen Tag Gefängnüß, 3. Tage zu gewisser Arbeit, nicht weniger zu dem Ersatz des Holtzes, und denen Unkosten anzuhalten; V. R. W.

1. 2. 3. 4.

OBSERVATIO LXXII.

In contractu censitico, propter moram, in solvendo censu commissam, pœna privationis locum non habet.

PRæter complures alias differentias, & hoc luculentum discrimen inter contractum emphyteuticum, atque censiticum, intercedit, quod eo casu, ubi canon in emphyteusi ecclesiasti-

1.

ca intra biennium, *Nov. 7. c. 3. §. 2. & Nov. 120. c. 8.* & in civili intra tres annos, *L. 2. C. d. Jur. emphyt.* solutus haud fuerit, pœnæ privationis locus sit, *L. 2. Auth. Qui rem. C. d. SS. Eccles.*
2. Quæ pœna ex adverso in contractu censitico cessat. Vid. *Carpz. P. 2. C. 39. d. 1. seqq.* Ita Ordo noster Mens. Apr. 1721. ad interrogationem des Raths zu Dahme respondit.

Observatio LXXIII.

Si fœmina demum ex intervallo, per vim se stuprum esse passam, asseveret, & juret, indicium hoc non per torturam, sed juramentum purgatorium, diluitur.

1. Stupri violenti, quod consummatum, pœna est gladius. *Ord.*
2. *Crim. art. 119. Part. 4. Const. El. 30.* Unde dubitandum haud est, propter juratam fœminæ assertionem, nisi circumstantiæ mitigantes concurrant, remedio eruendæ veritatis per tor-
3. menta locum esse; Quod tamen non aliter admittendum, quam si fœmina, vim perpessa, confestim, & sine mora,
4. querelam ad Magistratum deferat. Alias enim, si per aliquod tempus siluerit, nec nisi, nova causa superveniente commota, de stupro conquesta fuerit, indicium, ex illius assertione, etsi jurata, ortum, valde imminuitur, nec nisi purgatorio jura-
5. mento locum relinquit. Ita Ordo noster Mens. April. 1721. ad requisitionem des Amts Roßen, in causa M. St. & A. P.

Observatio LXXIV.

Civis, qui Magistratui jusjurandum, mutato nomine, præstat, arbitrariam pœnam incurrit.

1. Nominis mutatio per se dolum non arguit, neque regulariter illicita habetur; *L. un. C. d. Mutat. nom. Part. 3. Obs.*
2. *63.* Sed exceptio est in eo, qui civium numero adscribi cupit,

pit, nec verum nomen ſuum profitetur; hic enim ſine dubio peccat, dum nomen ſuum Magiſtratui reticet; multoque magis, ſi ſub nomine aſcititio juret. 3. Quo caſu pœna arbitraria, eademque regulariter carceris, dictatur. 4. Ita Ordo noſter Menſ. Apr. 1721. ad requiſitionem des Raths zu Döbeln, in cauſa N. N. reſpondit, Verb. Im übrigen der Italiäner N. N. weiln er Sylveſter Carve ſich benennet, und auf ſolchen Namen, den Bürger-Eyd würcklich abgeleget, ein Crimen falſi begangen, alſo, bekannten Rechten nach, wann gleich ordentlicher Weiſe, Inhalts gemeiner Käyſerlichen Rechte, die Aenderung des Namens permittiret und nachgelaſſen,

L. un. C. de Mutat. nom.

arbitrarie zu beſtraffen,

arg. L. 22. C. ad L. Cornel. de falſ. &
arg. Ord. Crim. 112.
Nob. Dom. de Berger cit. Tr. L. 3. tit. 11. th. 14. p. 839. &c.

Observatio LXXV.

Reprobatio deſerta non eſt, quam quis Judici exhibuit, antequam actor id, quod ipſi intuitu exceptionum dilatoriarum injunctum eſt, præſtiterit.

Ratio in promtu eſt; quia reprobatio anticipari poteſt; 1. quod in oblatione ad jurandum ſecus. 2. Unde licet reo non currat reprobationis fatale, antequam actor impleverit id, 3. quod ipſi ratione dilatoriarum exceptionum incumbit, nihil tamen impedimento eſt, quo minus ipſe vigilare, & maturius reprobationem Judici offerre queat. 4. Ita Ordo noſter Menſ. Apr. 1721. ad requiſitionem der Regierung zu Eiſenach, in cauſa der Neßelrodtiſchen Anſpänner, contra Johann Ernſt Wilhelm von Neßelroth, reſpondit.

OBSERVATIO LXXVI.

Qui cum uxore sua, quam cum alio rem habuisse praesumit, concumbit, adulterium remisisse censetur.

1. Remissio criminis adulterii, ab altera parte admissi, fit vel
2. expresse, vel tacite. Quod posterius inprimis per con-
3. cubitum, a sciente exercitum, fieri intelligitur. Nihil vero interest, utrum quis certus sit, ab altera parte adulterium commissum, an tantum graves id suspicandi atque credendi cau-
4. sas habeat. Utroque casu remissionis praesumtio ex concubi-
5. tu oritur; quae juris & de jure esse intelligitur. Namque o-
6. mnem contrariam probationem excludit. Unde nec jusjurandum admittitur, quod quis animum remittendi non ha-
7. buerit. Oblatus fuit Collegio nostro casus, in causa *prac. Obs.* commemorata; ubi maritus, posteaquam rescivit, uxorem ab ipso expulsam, in aliena domo, tota nocte, cum juvene in eodem lecto jacuisse, cum eadem rursus concubuerat; dubitabatur, utrum admittendus esset ad jusjurandum, quod eo tempore nescivisset, nec suspicatus esset, eam adulterio se pol-
8. luisse. Sed id negandum duximus; quod ex memorato facto, de quo certior redditus erat, aliam, quam criminis admissi, conjecturam capere non potuisse videretur. Quamobrem ex subsequenti concubitu remissionem simpliciter colligendam esse, existimavimus.

OBSERVATIO LXXVII.

Poena gladii, etiam apud Saxones, in soluto cessat, quando adultera meretricio more vixit.

1. Pertinet huc inprimis *L. 22. C. Ad L. Jul. d. Adulter.* Ac-
2. cedit ratio, quod statim per primum concubitum, dum mulier lasciva alii, praeter maritum, corporis sui usuram concesserit,

cessit, vinculum matrimonii ruptum intelligatur; etsi nondum declaratoria sententia secuta sit. Ex illo igitur tempore, ni- 3. si maritus crimen remiserit, quodammodo soluta esse censetur; neque adeo, cum juvenem solutum postea admittit, hic proprie thorum violat, atque adulterium committit. *Carpz. Pr. Crim. P. 2. q. 57. per tot. Schulz. ad Inst. tit. d. Publ. Jud. lit. K. p. 679. seqq. Ludw. Exerc. ult. ad Instit. th. 4. lit. D.* Neque vero hac in parte quicquam Jure Saxon. Elect. muta- 4. tum; quod quidem velle videtur *Nob. Dn. de Berger Oecon. Jur. p. 822. Not. 7.* Namque *Decisio 82.* ad quam ibi provocat, de 5. hoc solo casu agit, ubi maritus cum aliena uxore, quæ jam aliis se prostituit, rem habuit; ubi ordinariæ pœnæ propterea locus relinquitur, quod talis maritus proprium thorum sine dubio violat; *ibi:* indem der Mann an seinem Eheweib treuloß wird; Quæ ratio in eo, in quo versamur, casu, ubi solutus 6. cum alterius uxore, meretricio more vivente, concumbit, omnino cessat. Ita censuit Ordo noster Mens. April. 1721. in ea- 7. dem causa.

OBSERVATIO LXXVIII.

Res furtivæ illis, quibus ablatæ sunt, absque prævia probatione, vel jurata ostensione dominii, restitui debent.

SAepe justo duriores hic esse Judices, experiendo discimus; 1. dum ab illis, qui res sibi, fatente fure, ablatas, & in Judicio existentes, repetunt, ut earum proprietatem prius demonstrent, vel saltem, mediante jurejurando, evincant, exigunt. Quo 2. tamen onere nequaquam eos gravandos esse, palam est. Satis 3. enim est, res ab ipsis fuisse possessas; utrum propriæ, an alienæ fuerint, nihil interest; quamdiu nemo concurrit, qui super dominio quæstionem moveat. Add. *L. 31. §. 1. ff. Depos.* Ita Ordo noster Mens. Apr. 1721. ad requisitionem der Gerich- 4.

ten zu Schildbach, in causa H. R. und Conſ. Verb. In übrigen ſind denen Eigenthums-Herrn die ihnen geſtohlene Sachen, ſoviel deren in Gerichten vorhanden, wieder abzufolgen; V. R. W.

OBSERVATIO LXXIX.

Quando eadem res duobus emtoribus a diverſis non dominis eſt tradita, ille præfertur, qui poſſidet; ſi neuter poſſideat, is, qui prior accepit.

1\. ACtio Publiciana nonniſi adverſus eum datur, qui rem infir- 2. miori jure poſſidet. Quodſi ergo quis æque firmo jure nitatur, atque rem bona fide & juſto titulo ab alio non domino acceperit, hac actione conveniri nequit; etſi alteri prius 3. vendita, & tradita fuerit. Quia nempe in pari cauſa melior 4. eſt poſſidentis conditio, *L. 9. §. 4. ff. d. Publ. act.* Sin vero eorum, qui a diverſis non dominis rem acceperunt, neuter in poſſeſſione ſit; is potior eſſe intelligitur, cui primum res fu- 5. it tradita. *L. 31. §. ult. d. Act. emt.* Quæ diſtinctio eo caſu ceſſat, ubi idem non dominus rem duobus vendidit, atque tradidit; tunc enim, ſine diſcrimine, quis poſſideat, is præfertur, qui prior rem traditam apprehendit, *c. L. 31. §. ult. Schilter. ad Pand. Exerc. 16. th. 67. ſeq. Huber. Præl. ad Pand. tit. d. Act. Publ. §. 3. Dn. Samuel de Cocceji Jur. Controv. Civ. cit. tit.* 6. *Quæſt. 2.* Occurrit hæc quæſtio in Judicio Curiæ noſtræ Provinc. Term. Quaſimodogeniti Ann. 1721. in cauſa Erdmuth Nagelin, contra George Gehren.

OBSERVATIO LXXX.

Pœna privationis, propter venditionem, ſine Domini directi conſenſu factam, in feudo alienabili locum non habet.

1\. REgulariter vaſallus, ſine Domini conſenſu feudum alienans, feloniam committit, eoque jure ſuo excidit, *2. F. 55.*

in

in fin. Sed alia est ratio feudi alienabilis; in cujus alienationem jam in genere Dominus consensisse intelligitur; ut speciali ejus consensu opus haud sit. In hoc enim tale feudum a propria & regulari natura feudi recedit. Ita Ordo noster Mens. April. 1721. ad interrogationem Christian Nlebecken zu Clingen respondit, Verb. Ob wohl regulariter ein Vasall, wann er ohne Lehn-Herrlichen Consens, das Lehn-Guth alieniret, und dem Käuffer übergiebet, seines Lehns verlustig wird, 2. 3. 4.

2. Feud. 55. in fin.

und solches in denen Chur-Sächsischen Rechten, insonderheit in dem Mandat vom 6. Julii 1622. ausdrücklich wiederholet, und darinnen, daß auch die Käuffere, und andere, so durch Tausch, oder andere zuläßliche Contractus, dergleichen Güther an sich zu bringen, bedacht, vor erfolgter Erklährung und Ratification des Kauffs, Tauschs, oder andern Contracts, sich keiner Occupation, Bestellung, und Niesung des Guths, anmaassen sollen, mit dieser ausdrücklichen Verwarnung, da diesem Mandat nicht nachgegangen, und hierwieder gehandelt werden sollte, der Verkäuffer mit Einziehung des Lehns, oder nach Befindung anderer ernster unnachlässiger Straffe belegt, Käuffer aber nicht beliehen werden; hierüber des ausgezahlten Geldes verlustig, oder sonst in ebenmässiger Pœn, wie der Verkäuffer, gefallen seyn solle, verordnet;

Dennoch aber und dieweil das Tettenbornische Mann-Lehn-Guth zu Gangloffsommern, nach Innhalt der Beylage sub A. Ann. 1695. Herrn Rudolphen von Bünau, dessen Erben und nachkommenden Besitzern, dergestalt verliehen worden, daß sie zugleich die freye Macht bekommen, solches zu verensern, zu verpfänden, davon zu testiren, und darüber inter vivos & mortis causa zu disponiren, auff dergleichen Feuda alienabilia hingegen obgedachte Pœna privationis nicht zu appliciren, zumahln, dem Anziehen nach, der ietzige Verkäuffer, ehe er noch das Guth dem Käuffer übergeben, den getroffenen Tausch-Contract in die Fürstliche Lehns-Curie eingeschicket, und um Ertheilung der gnädigsten

Confir-

. Confirmation hierüber unterthänigst angesuchet, demnach um soviel weniger bey gegenwärtigem Fall, die in denen Rechten gesetzte Straffe, statt finden mag;

So erscheinet daraus allenthalben soviel, daß die von dem Cammer-Consulenten zu Weissenfels angestellte Klage sub E. nicht gegründet, sondern Bekl. nebst seinem Verkäuffer eine Sententiam absolutoriam cum refusione expensarum nicht unbillig zu hoffen habe; V. R. W.

OBSERVATIO LXXXI.

Fœmina, in casu necessitatis, pro parentibus & liberis, in judicio admittitur.

1. 2. Regulariter mater filii causam in judicio, etsi de rato cavere velit, tractare nequit; cum legitimam personam in 3. judicio standi non habeat. Vid. *Part. 1. Obs. 135.* Excipitur autem casus necessitatis, & ubi periculum in mora, per *L. 41. 4. ff. d. Procurat.* cujus dispositio, quamvis de Parentibus loquatur, tamen ad liberos etiam, propter eandem, quæ utrinque militat, rationem, perinde pertinet. *Brunnemann. ad c. L. n. 3. seqq.* & tunc inprimis locum habet, ubi tantum causæ absen- 5. tiæ allegantur. Ita censuit Consistorium nostrum Ecclesiasticum Mens. April. 1721. in Causa Marien Wilckin, contra Andreas Löben.

OBSERVATIO LXXXII.

Potest aliquando, si de parentum consensu in Sponsalia non constet, jurijurando suppletorio de credulitate locus relinqui.

1. Regulariter copula sacerdotalis non debet admitti prius, quam de consensu parentum constet; ne scilicet, eo deficiente, matrimonium ex capite nullitatis impugnetur. Vid. *Ordin.*

Ordin. matrim. El. Sax. d. Ann. 1624. Sed ab hac regula merito 2. excipitur casus, ubi periculum est in mora, & probabiles causæ, cur credibile sit, parentes haud dissentire, concurrunt. Tunc 3. enim nihil impedit, quo minus aliquando, svadentibus circumstantiis, juramentum suppletorium decernatur. Ita Con- 4. sistorium nostrum Ecclesiasticum subinde, si casus eveniat, opinari solet.

OBSERVATIO LXXXIII.

Quando aliud, circa prohibitiones nuptiarum, non est constitutum, aut receptum, standum est Jure Canonico.

